Mości panie
Mość

QUÆSTIO JURIDICA

de Immunitate Ecclesiarum, Cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium,
ex c. Cùm Ecclesia. c. Inter alia. De Immunit. Eccles. & c. Decet. eod. in 6to. can. Si quis. 17. q. 4. juncta l. Præsenti. C. De his, qui ad Eccles. confug.

DEPROMPTA,

& cùm sub Protectione
Cellissimi, Illmi & Rndmi D. Dni CAJETANI SOŁTYK, EPISCOPI Cracov: DUCIS Severiæ, Equitis Aquilæ Albæ, Universitatis Cracovien: faventissimi CANCELLARII
à Magnifico, Perillustri & Rndmo D. M. STANISLAO MAMCZYNSKI, U. J. D. & PROFESSORE, Ecclesiarū, Cathedralis Cracov: CANONICO, Collegiatæ S. Michaëlis in Arce Crac: DECANO, Parochialis in Smarzowice CURATO, Collegii Juridici SENIORE PATRE, Contubernii Juris peritorum PROVISORE, Librorum per Diœcesim Crac: CENSORE, Canonizationis B. JOANNIS CANTII PROCURATORE, Studii Generalis Universitatis Crac: PRO-CANCELLARIO & vigilantissimo RECTORE
in frequentissima Magnorum Hospitum Corona,
M. ANTONIUS Sarius *De Wilkoszowice* WILKOSZOWSKI, U. J. PROFESSOR, Ecclesiarum, Collegiatæ SS. OO. Crac: CANONICUS, Parochialium S. NICOLAI extra muros Crac: PRÆPOSITUS, in Modlnica Curatus, Licentiatus in Utroque Jure Ritu Solemni renuntiaretur
ab eodem quo suprà Professore
publicè ad disputandum in Lectorio CC. DD. ICtorum

PROPOSITA.

Anno Immunitatis Naturæ Humanæ 1759. Die 15 Julii.

CRACOVIÆ Typis Collegii Majoris.

Vobis quoq; notum facimus de universis Sacerdotibus, & Levitis, & Cantoribus, & Janitoribus, & Ministris Domûs Dei, ut vectigal, & tributũ, et annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.

1. *Esdræ* 7. *vers.* 24.

QUÆSTIO JURIDICA

De Immunitate Ecclesiarum, Cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium.

UTrum Immunitas Ecclesiastica Dei Ordinatione & Canonicîs Sanctionibûs constituta, cum Jure Asyli conveniens, extendens se non modò ad Ecclesias, res Ecclesiasticas, locaq; illis adjacentia, necnon Clericos, Laicos, Fideles, Paga-

nos, Judæos ac Hæreticos, eximat Ecclesias, res Ecclesiasticas, Clericos ab ordinariis, & extraordinariis tributis, exactionibus, & an Violatores ejusmodi Immunitatis subjaceant pænis, nec ne?

Conclusio I.

DAtur Immunitas Ecclesiastica DEI Ordinatione, & Canonicis Sanctionibûs constituta, (1) cum Jure Asyli in fundamento Juris Divini, Ecclesiastici ac Civilis (2) conveniens.

Corol-

Corollarium Imum.

IMmunitatem Ecclesiasticam derivatam à ly, *Munus*, quod onus, functionem, obligationem alicui impositam, vel lege aut more, incumbentem (3) significat (unde qui à tali onere aut obligatione exemptus est, immunis esse & Immunitate gaudere. (4) dicitur, sicut è contra, qui communium onerum & munerum particeps est, Municeps (5) dicitur) quamvis multi cum Immunitate Ecclesiarum (6) confundant, ac pro eodem sumant, strictè tamen ac propriè loquendo, non sunt (7) idē: nam per *Immunitatem Ecclesiarum* sola Immunitas localis Ecclesiis & aliis locis sacris competens, *per Immunitatem verò Ecclesiasticam*, Immunitas serviens Personis Ecclesiasticis, rebusq; ad has Personas aut loca sacra pertinentibus (8) intelligitur. Immu-

nitatem itaq; sic intellectam definiri: quòd sit Jus, quô Ecclesia & alia loca sacra, necnon Personæ Ecclesiasticæ, ac res ipsarum liberæ ac immunes sunt à muneribus & oneribus sæcularibus, atq; ab actibus earũ sanctitati & reverentiæ debitæ (9) repugnantibꝰ. Dividitur Immunitas ùt sic in *Localem*, quæ locis: *Realem*, quæ rebus: & *Personalem*, quæ Personis (10) competit; consistitq; hæc *Personalis Immunitas* tum in Privilegio (11) Canonis, tum in Privilegio (12) Fori, tum in (13) exemptione ab omnibus oneribus personalibus, ab omnibus vectigalibus & tributis, (14) tum in omnimoda exceptione (15) ab obligatione Legum Civilium.

(1) *c. Quanquam. de Censib. in 6to. ibiq; glos. v. Humano. v. Divino. v. Constitutionem. Conc. Trid. sess. 25. cap. 20. de Reform.* (2) *tot tit. C. De his, qui ad Eccles. confug. Conc. Trid. loc. cit. d. c. Quanquam. S. Augustin. serm. 5. de Dedication. ibi* - Grandem injuriam

injuriam Religioni, & Divinitatis offensam esse, qualemcunq; fugientem ad Domum DEI, à sacris liminibus, ideſt, de sinu Matris evellere, & Arcam communis expugnare refugii. (3) *l. 18. l. 214. ff. de verb. significat.* (4) *l. Munus. 18. ff. eod.* (5) *l. 1. §. 1. ff. ad Municipal.* (6) *Reinffenst. Theolog. Moral. tract. 12. dist. 1. n. 3. & DD. quos citat.* (7) *Riccius in Praxi Aurea part. 2. resolut. 53. n. 2. Engel de Immunitate Eccles. n. 2.* (8) *arg. Extravag. 1. § Incendiarios. De Privileg.* (9) *can. in qualibet. can. Sancitum. 23. q. 8. arg. integr. tit. de Immunitat. Eccles. c. 1. eod. in 6to. l. Sancimus. l. Placet. l. Ad Instructiones. C. de Sacrosanct. Eccles.* (10) *Reinffenst. Jur. Canon. lib. 3. tit. 49. § 1. n. 5.* (11) *can. Si quis suadente 17. q. 4.* (12) *c. 2. De for. competen. Authen. Statuimus. C. de Episcop. & Cleric. Conc. Trid. sess. 25. cap. 20. de Reform.* (13) *can. Si quis suadente. 17. q. 4. c. Clericis de Immunit. Eccles. in 6to. l. fin. ff. De Muneribus & Honoribus.* (14) *c. Non Minus. de Immunit. Eccles. Barbos. de Jur. Eccl. univers. Lib. 1. cap. 39. ubi & Decisio Rotæ inserta.* (15) *c. Adversus. de Immunit. Eccles. c. 3. 4. ac fin. eod. in 6to.*

Corollarium 2dum.

QUoniam Immunitas Localis seu Ecclesiarum, sit Jus competens Ecclesiis, aliisq; Locis Religiosis, vi

cujus

cujus actus profani seu sæculares in iis exerceri non valent, & Malefactores illuc confugientes in vita & mēbris (1) proteguntur. Quare hac Immunitate gaudent:

1mo. Omnes (2) Ecclesiæ, etiamsi non sint consecratæ, sed tantùm benedictæ, vel Authoritate Episcopi ad Cultum Divinum & Officia Divina deputatæ, nec in iis Divina Officia adhuc fuerint (3) celebrata: quia ex eo solo, quòd Ecclesia Authoritate Episcopi ad usus sacros sit deputata, jam existit Locus sacer & Religiosus, ita ut ad usus profanos redire & applicari ampliùs (4) nequeat, Hinc Oratoria, quæ habentur in domibus privatorum, modò Authoritate Episcopi sint erecta, atq; ad Divinum Cultum deputata, etiamsi non sint consecrata, gaudent (5) ejusmodi Immunitate: ubi enim intercedit

Autho-

Authoritas Epiſcopi, Oratorium (6) eſt publicum & Religioſum. Illa verò, quæ non ſunt Authoritate Epiſcopi conſtructa, quemadmodum dicuntur ſimpliciter privata Oratoria, ita nec dictæ Immunitati (7) ſubjacent. *Item* etiamſi Eccleſia ſit (8) interdicta: quia nihilominus retinet hoc Privilegium adinſtar (9) Clerici interdicti, ſuſpenſi, vel excommunicati, qui retinet Privilegium Immunitatis circa manuum injectionem & circa forum. Etiamſi ſit (10) pôlluta, aut deſtructa, vetuſtate, incendiô vel bellô deſolata: dum modò ſinè Authoritate Epiſcopi deſtructa fuerit, & ſubſit ſpes refectionis; ſecus verò, ſi deſtructa eſſet Superioris Authoritate & ſpes reædificationis non ſubeſſet: nam tunc Privilegiô (11) Immunitatis non gauderet.

2do.

2do. Eadem Immunitate gaudent etiam loca & habitacula Ecclesiæ adhærentia, utì sunt (12) Sacristia, porticus, turris, atrium, campanile, &c: quia quæ Religiosis adhærent, etiam Religiosa (13) sunt. Quod Privilegium Immunitatis non restringitur ad portas, aut parietes, vel atrium Ecclesiæ tantùm, sed per 40. passus in Majori Ecclesia, & per 30. in Capellis vel Minoribus Ecclesiis extenditur (14) circumquaque. Id tamen non habet locum in Ecclesiis seu Capellis, quæ sunt infra ambitum Castellorum: tales enim non habent Immunitatem, nisì quantùm tangunt partes (15) Ecclesiæ, quia propter loci angustiam hoc observari non potest, cùm aliquando Cœmeterium seu Immunitas Ecclesiæ absorbeat, (16) totum Castrum.

An ve-

An verò Ecclesia gaudeat tantùm Immunitate, quatenus cingitur Murîs, & non ultra? Certum est, hanc Immunitatem habere cum suo Cœmeterio, & Ecclesiam Majorem habere circuitum 40. passuum, & Capellas vel Minores Ecclesias 30. Tamen veriùs videtur, etiamsi Cœmeterium in spatio minori perstringatur circa aliquam Ecclesiam, nihilominus Immunitatem Ecclesiæ extendi ad spatium prædictorum passuum, dummodò infra ipsos passus, nulla alia domus extranea, idest Laicorum (17) interponatur. Et quamvis dicant aliqui hanc Immunitatem 40. vel 30. passuum usu (18) non observari, & usum (19) obtinuisse, ut tantùm Ecclesia cum Cœmeterio gaudeat hac Immunitate: verùm Sacra Congregatio indistinctè servari jubet (20) Immunitatem per circuitum dictorum passuum,

saltem

ſaltem in Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis, ita ut etiam extra illud ſpatium extendatur. Si verò Eccleſiæ Cœmeterium, aut ambitus murô circumdatus 40. in Majori, aut 30. paſſus in minori Eccleſia non continet, ſicut pro caſu, quô Eccleſiæ Majoris Cœmeterium ſolummodo 30. Minoris verò Eccleſiæ 20. v. g. contineat paſſus, etiam in ſpatio 10. paſſuum extra Cœmeterium quis Aſylô, (21) gaudeat. Si autem Cœmeterium Eccleſiæ deſignatos Juris paſſus jam contineat vel ſuperet, utiq; exterius ſpatium Jure Aſyli non gaudebit: cùm Jura tantùm Eccleſiæ, non item Cœmeterio adjacenti ſpatio 40. vel 30. paſſuum (22) concedant Jus Aſyli.

3tio. Memorata Immunitate gaudent etiã Cœmeteria (23) Eccleſiarũ: univerſaliter enim Cœmeteria eiſdem gaudent Privilegiîs, quibus (24)

Eccle-

Ecclesia, etiamsi sint separata (25) ab Ecclesia; Jura enim generaliter loquentia, generaliter de quovis Cœmeterio etiam separato (26) sunt intelligenda, modò sint Authoritate Episcopi erecta & pro sepultura Fidelium (27) deputata: tunc enim sunt loca sacra & Religiosa, gaudentia (28) Jure Asyli. In dubio tamen supponitur Cœmeterium, si in eo jam aliqui sepulti jacent, Authoritate Episcopi deputatũ, consequenter (29) religiosum, & Asylô gaudens. Quare olim in Cœmeteriis collocatæ erant Cruces, quibûs septa & ambitus designabantur, ne quis terminos ejus (30) transgredi auderet. Tum quia non tantùm Ecclesia, quò ad internam partem fruitur hac Immunitate, sed etiam quò ad externam, videlicet totam fabricam: ita ut Capellæ, valvæ, tectum, parietes, turres, &c: hoc Jure potian-

tiantur cùm omnes hi loci in lata ſignificatione (31) Eccleſia dicantur.

4to. Gaudere Immunitate Eccleſiaſtica Hoſpitalia: nam Privilegia omnia conceſſa Eccleſiis, extenduntur (32) ad omnia & ſingula loca pia ad charitatis, miſericordiæ, religionis opera, necnon alium piũ uſum deſtinata, qualia ſunt Xenodochia pro pauperibus peregrinis, Noſocomia pro infirmis, Orphanotrophia pro educandis pueris & puellis, Hoſpitalia ſeu valetudinaria pro ſenibus & debilibus & alia hujusmodi, intellige ſi auctoritate Epiſcopi ſunt (33) conſtructa, aliàs ſecus. *Item* Monaſteria & Domos Religioſas, necnon hortos, areas, domos familiarium, ſtabula animalium, officinas, tum alia loea, quæ intra Monaſterii ſepta (34) continentur. *Item* Palàtia Epiſcoporum,

(35)

(35) quamvis non nulli intelligant hoc verum esse, si Palatium sit infra fines Ecclesiæ, vel infra, (36) quadraginta passus, aut si in eo sit Capella; tamen communiter tenetur illud gaudere hoc Privilegiô (37) indistinctè, etiamsi sit extra 40. passus præfinitos. *Item* Domus (38) S.R.E. Cardinalium extra (39) Urbem. *Item.* Palatium inferioris Prælati (40) Jurisdictionem quasi Episcopalem habentis, dummodo ita se habeat consuetudo, tunc gaudet Privilegiô Immunitatatis, aliàs secus.

(1) *arg. c. Decet. de Immunit. Eccles. in 6to. c. Ecclesiæ. eod. tit. de Immunit. Eccles.* (2) *text. in cit. c. Ecclesiæ. & ibi Fagnan. n. 1.* (3) *text. in c. Ad hæc. De Religios. Domib. Fagnan. loc. cit. n. 8. & seqq.* (4) *Reinffenst. Jur. Can. lib. 3. tit. 49. § 1. n. 8.* (5) *Fagnan. & Reinffenst. loc. cit. & § 2. n. 42.* (6) *arg. c. Ad hæc. De Religios. Domib.* (7) *Abb. in c. ult. n. 4. De Censib. Clarus in § fin. 9. 30. vers. sed quid dicendum in Oratoriis. Sacr. Congr. Episcop. die 27. Novembris 1617. & Sacr. Congr. Immunit. Mense Decembr. 1631. Fagnan. loc. cit. n. 26.* (8) *Fagnan. in d. c. Ecclesiæ. n. 11.*

n. 11. Hostiens. in Summ. de Immunit. Eccles. § Inquantum vers. Sed nunquid hoc Privilegium. Clarus loc. cit vers. Idem dicendum est. (9) Fagnan loc. cit. n. 12. (10) glos. 1. & Abb. in c. fin. n 6. de Consecr. Eccl. vel Altar. Remig. in tract. de Immunit. Eccl. in 4. ampliat. Sacr. Congr. Immunitat. in Marsicana. 17. Novembr. 1617. & in Perusina 9. Xbr. 1631. Clarus lib. 5. §. fin. n. 7. (11) Remig. loc. cit. fol. 92. in 20. ampliat. Fagn. loc. cit. Clarus l. c. vers. majus est dubium. (12) can. Si quis contumax. 17. q. 4. & ibi glos. v. Adhærentibus. Barbos. in c. Ecclesiæ. de Immunit. Ecclesiar n. 7. Tuschus v. Ecclesia. concl. 10. n. 3. (13) l 43. ff. de rei vendicat. (14) can. Sicut antiquitus. can. Diffinivit 17. q. 4. & utrobiq; glos. Archidiac. & omnes. Hostien. in c. Inter alia. n. 2. de Immunit. Eccles. Turrecremata in can. Cum devotissimam. & ibi Præpositus n. 2. 12. q. 2 Fagnan. loc. cit. n. 16. (15) can. quisquis. & can. questi 17. q. 4. (16) d. can. Sicut antiquitus. Fagnan. in c. Ecclesiæ. n. 17. de Immunit. Eccles. (17) text. in d. can. Diffinivit. 17. q. 4. Fagnan. loc. cit. n. 18. (18) Igneus in l. 1. in princ. n. 58. ff. ad Syllanian. Remig. de Immunit. Eccles. fol. 52. in 6. ampliat. (19) Farinac. de Immunit. Eccles. q. 17. Sarpus de Jure Asyli cap. 4. Covarruv lib. 2. Variar Resolut. cap. 20. n. 5. Murga tom. 1. disquisition. tract. 1. disquisit. fin. Gonzal. in c. Ecclesiæ. n. 2. ad fin. de Immunit. Eccles. (20) Fagnan. loc. cit. n. 20. (21) arg. cit. can. Sicut. antiquitus & can. Diffinivit 17. q. 4. Fagnan. loc. cit. n. 18. Reinffnest. Jur. Can. lib. 3. tit. 49. §. 2. n. 33. (22) Reinffenst. loc. cit. (23) arg. c. fin. De Immunit. Eccles. & c. 2.

eod. in

eod. in 6to. (24) *arg. c. 5. eod. tit. & ibi Abb. n. 5.* (25) *Tuschus v. Ecclesia. concl. 10. n. 3. Farinac. loc. cit n. 264. Engel de Immunit. Eccl. n. 10.* (26) *arg. l. de Pretio. ff. De Publician. in rem actio.* (27) *Reinffest. loc. cit. n. 41. & sequen.* (28) *Bulla Gregorii XIV. quæ incipit* - Cùm alias - *Anno 1591.* (29) *gloss. in can. In Ecclesiastico. 13. q. 2. arg. c. Ad hæc. De Religios. Domib. Farinac. loc cit. Navarr. in Manuali. cap. 25. v. Cœmeterium.* (30) *Anonym. leg. 4. de Miracul. S. Benedicti. Gonzal. in c. Ecclesiæ. n. 2. de Immunit. Eccles.* (31) *can. Id constituimus. 17. q. 4. l. Pateant. C. De his, qui ad Eccles. confug. Delbene tom. 2. de Immunit. cap. 16. dubit. 9. sect. 6. Gonzal. loc. cit.* (32) *l. Omnia. C. De Episcop. & Cleric. Abb. in c. Ecclesiæ n. 6. & Fagnan. n. 27. de Immunit. Eccles. Novell. 131. in princ. & §. ad hæc. cit. Bulla Gregorii XIV.* - Cùm alias-*ibi*- locisq; sacris aut Religiosis &c: (33) *Abb. loc. cit. n. 7. & in c. ult. de Censib. Innoc. in c. Cum dilect. n. 4. De donation.* (34) *arg. l. Pateant. C. de his, qui ad Eccles. confug. & d. Bulla Gregorii XIV. ibi* - ab Ecclesiis, Monasteriis, Sacellis, Domibus Regularibus, locisq; sacris aut Religiosis - *can. quisquis. in fin. 17. q. 4.* (35) *DD. per text. in can. Id constituimus. 17. q. 4. Sylvest. v. Immunitas. n. 1. Fagnan. loc. cit. n. 29.* (36) *Fagnanus & Reinffenstuel locis citatis.* (37) *can. Sicut antiquitus. 17. q. 4. gloss. in can. Id constituimus. ead. caus. & quæst. Fagnan. in c. Ecclesiæ. n. 29. de Immunit. Eccles.* (38) *Manfredo in tract. de Cardinalib. cap. 8 n. 8. in 18. Privileg. Clarus. § fin. q. 30. vers. Item adde.* (39)

Tuschus

Tuschus in v. Ecclesia. concl. 9. n. 12. Constitutio 17. Julii III. contra Franchitias in Urbe retinentes, in Bullar. tom. 1. pag. 710. (40) *can. Id constituimus. 17. q. 4. Sacr. Congreg. Immunitat. 6. Novembr. 1634.*

Corollarium 3tium.

REspectu suprafatæ Immunitatis competentis Ecclesiis ac locis sacris, ad eandem Ecclesiam consistentibus, prohibentur fieri actus profani. Et quidem sub pæna Excommunicationis prohibitum est: Judicibus Sæcularibus agitare vel tractare causas (1) Criminales, in quibus agitur de sanguinis effusione, vel pæna corporali: quæ quidem Excommunicatio non est latæ sed ferendæ (2) sententiæ. *item* prohibitum est etiam, quamvis non sub excommunicatione, sæcularia exercere judicia, seu Processus (3) Civiles. *Item* prohibitum est in Eccle-

siis

ſiis & Cœmeteriis contractus, ne-
gotiationes, & nundinas (4) facere,
tamen ibidem facti valent, (5) ac
ſubſiſtunt: cùm contractus hujus-
modi nullibi irritentur in Jure, ſi-
cut irritantur (6) Proceſſus & Sen-
tentiæ. Imò non tantùm validi ſed
liciti ſunt in Eccleſiis ac Cœmete-
riis Contractus illi, qui principaliter
fiunt ad promovendam (7) devo-
tionem Fidelium, qualis eſt vendi-
tio candelarū, dummodò fiant ſinè
ſtrepitu & perturbatione, aut impe-
dimento Cultûs & Officii (8) Di-
vini: univerſaliter enim omnia va-
na & profana, quæ Divinum Offi-
cium ac Cultum aliquô modô tur-
bare poſſunt, in dictis locis ſunt
(9) prohibita.

Similiter validè ac licitè in Eccle-
ſiis ac Cœmeteriis, aliisq; locis ſacris
fieri poſſunt (10) actus extrajudici-
ales, vel voluntariæ Juriſdictionis,

omnes illi, qui pietatem aut devotionem respiciunt vel promovent. Et ita licita ibidem sunt pia ac honesta (11) spectacula, non tamen convivia, (12) ludi theatrales profani, violentiæ, musicæ, cantusve lascivi. Tum licitæ sunt disputationes (13) literariæ publicæ, qua ex ratione licitè in Ecclesiis conferuntur Gradus Doctoratûs (14) aut Magisterii. Tum licitum est ibidem Pupillo & Minori Tutorem ac Curatorem (15) dare: quia hoc importat actus pietatis. Nihilo tamen minus specialiter prohibitum, ac contra Immunitatem localem est, Ecclesiæ vim aut violentiam inferre, infringendo v.g. ejusdem fores, & multò magis recipiendo illius (16) bona: cujus transgressores, non tantùm sacrilegi dicuntur, sed etiam excommunicantur, & quidem ipsô factô (17) si cum effractione spo-

ſpoliatio fiat. Sicut pariter ſacrilegi ſunt, & pænis Juris ſubjacent, conſulentes & mandantes ac aliô modô cooperantes ad Eccleſiarum (18) violationem.

(1) *text. in. c. Cùm Eccleſia. & ibi Gonzal. n. 3. De Immunitat. Eccleſ. c. Decet. in fin. eod. in. 6to. Delbene de Immunitat. Eccleſ. tom. 1 cap. 2. dub. 2. ſect. 2.* (2) *gloſ. in. d. c. Cùm Eccleſia. v. Anathematis.* (3) *text. in d. c. Decet.* (4) *d. c. Decet.* (5) *Gloſ. in d. c. Decet. v. Proceſſus.* (6) *cit. c. Cùm Eccleſia.* (7) *Sylveſt. v. Immunitas. 1.q.2. verſ. quinto. Reinffenſt. Jur. Canon. lib. 3. tit. 49. § 1. n. 16.* (8) *arg. d. c. Decet.* (9) *c. Cum Decorem. De vit. & honeſt. Clericor. can. Non poteſt. diſt. 42. Conc. Trid. Seſſ.22. tract.de Sacrif. Miſ. in Decr.de Obſervandis & evitandis in Celebratione Miſſæ.* (10) *Abb. in c. Cùm Eccleſia. n. 6. de Immunit. Eccleſ. Reinffenſt. loc. cit. n. 19.* (11) *Sylveſter loco citato numero 7mo.* (12) *c. Cum decorem. de vit. & honeſt. Clericor. can. Non poteſt. diſt. 42. Conc. Trid. loc. cit.* (13) *Reinſſenſt. loc. cit.* (14) *Abb. loc. cit. Joan. Andr. in c. Decet. de Immunit. Eccleſ. in 6to. arg. l. 1. §. Proinde. ff. de extraordin. cognitionib.* (15) *Anchoranus in d. c. Cùm Eccleſia. Azorius. part. 2. lib. 9. cap. 9. q. 3.* (16) *arg. can. Omnes. can. Sicut. can. Quisquis. 17. q. 4.* (17) *can. 22. & ibi*

glos. v. Excommunicatos. de Sent. Excommunicat.
(18) *arg. cit. can. Omnes. & ibi glos. v. consentiunt.*

Corollarium 4tum.

IMmunitate Reali & Personali, quâ Personæ Ecclesiasticæ & bona cuncta, seu res omnes ad Personas Ecclesiasticas, vel ad Ecclesiam aliquam pertinentes, sunt immunes, liberæ, & exemptæ à Jurisdictione cujusvis potestatis & personæ laicalis, atq; ab exactionibus & oneribus (1) eorundem, gaudere, & quidem *Immunitate Reali imo.* ipsasmet Ecclesias materiales, seu Templa ædificata, unà cum (2) Cœmeteriis. Item vasa sacra, vestes, paramenta, & alia (3) sive consecrata, sive benedicta, ad Divinum Cultum deputata. *2do.* Ecclesiarum & Beneficiorum Bona temporalia, nec consecrata quidem nec benedicta, tamen

à Fun-

à Fundatoribus aut aliis Fidelibus ad DEI Honorem & Gloriam pro dote Ecclesiæ, & decenti ornatu ac conservatione ipsius, oblata & (4) donata, *3tio.* Bona Ecclesiarum & Clericorum propria, titulô aliquo temporali, v.g. emptione, hæreditate, arte, labore, aut simili titulô (5) acquisita, quæ communiter *Bona Patrimonialia* vocantur. Et quemadmodum nomine Ecclesiarum veniunt (6) omnia loca pia ac religiosa, auctoritate Episcopi erecta, ita nomine Personæ Ecclesiasticæ veniunt (7) omnes & singuli Clerici sæculares, non tantùm in Majoribus sed etiam in Minoribus constituti, vel etiam tantùm Tonsurati, dummodò ultimi Minoristæ nempe vel solâ primâ Tonsurâ initiati habeant (8) conditiones à Concilio Tridentino requisitas. Nomine

ne quoque Ecclesiasticarum Personarum veniunt, ac consequenter gaudent *Immunitate Reali & Personali* omnes Regulares (9) utriusq; sexus cujuscunque Religionis approbatæ, tam Professi, quàm Novitii vel Novitiæ: sunt enim Personæ ad Cultum Divinum specialiter deputatæ, consequenter Ecclesiasticæ; & in materia favorabili, qualis est Immunitas, nomine Clerici veniunt etiã (10) Regulares utriusq; sexûs, etiam Novitii ac Novitiæ. Imò & Eremitæ, tam professi (11) aliquam Religionem ab Ecclesia approbatam, sub emissione trium votorum substantialium, quàm illi, (12) qui licèt non sint professi cujuspiam Religionis, tamen de manu Episcopi receperunt habitum Eremiticum & Auctoritate illius deputati sunt servitio alicujus Ecclesiæ vel Oratorii,

ejusmo-

ejusmodi Nomine veniunt, & prædicta Immunitate gaudent.

Hinc est: quòd Leges Sæcularium non possunt quidquam directè & in specie disponere in præjudicium Cleri & Immunitatis Ecclesiasticæ; quòd si defactò ferantur sive Sententiæ, sive Constitutiones tales à Sæcularibus, Ecclesias collectantibus, sunt ipso Jure (13) nullæ, nulloq; tempore convalescunt, juramenta quoque contra libertatem Ecclesiæ à Clericis facta, nulla pariter sunt, & servari (14) non debent. Et non tantùm Ordinariis incumbit (15) defensio Immunitatis Ecclesiasticæ, sed etiam id ipsum muneris Regum est, aliorumq; Dominorum (16) temporalium & Judicum sæcularium. Decet enim Principes Christianos, ut quò largiùs bonîs temporalibûs atq; in alios potestate sunt ornati, eò sanctiùs quæ Ecclesiastici

siastici

siastici Juris sunt, tanquam DEI Præcepta venerentur, ac severè in eos, qui illius libertatem, Immunitatem atq; Jurisdictionem impediunt, animadvertant, illisq; exemplô ad pietatem, Religionem, Ecclesiarumq; protectionē (17) præeant.

(1) *arg. c. Non minùs. c. Adversus. De Immunit. Eccles. c. 1. eod. in 6to. Clem. un. eod. Authen. Item nulla. C. de Episc. & Cleric.* (2) *vide suprà Corol. 2dum.* (3) *arg. can. Quæ semel. 19. q. 3. c. Semel. De Reg. Jur. in 6to. juncta. l. Sancimus. C. de Sacrosanct. Eccles.* (4) *arg. cit. c. Non minùs. c. Adversus. & cit. c. 1. in 6to. juncto. c. 1. De Censib. & c. Quanquam. eod. in 6to. d. Authen. Item nulla. C. de Episc. & Cleric. & can. Nulli. 12. q. 2. ibi-* Nulli liceat ignorare omne, quod Domino consecratur (*idest datur. glos. hic.*) sive fuerit homo, sive animal, sive ager, sive quidquid semel fuerit consecratum, Sanctum Sanctorum Domino erit & ad Jus pertinebit Sacerdotum- (5) *Abb. in c. fin. n. 8. & ibi glos: v. Suis facultatibus. De. vit. & honestat. Cleric. Engel de Immunit. Ecclesʃ. n. 24. c. 1. eod. in 6to. Declaratio Sacr. Congr. Immunitat. ap. Pignatell. tom. 2. consult. 52. n. 99. ibi -* Patrimonium Clerici est exemptum instar Bonorum Ecclesiasticorum. (6) *vide suprà. Coroll. 2.*

& d.

& d. Declaratio Sacr. Congr. loc. cit. apud eundem. n. 98. (7) Reinffenst. & Authores quos citat, Jur. Can. lib. 3. tit. 49. §. 9. n.232. (8) Conc. Trid. sess. 23. cap. 6. de Reform. (9) Barbos. lib. 1. Jur. Eccl. Univ. cap. 39. n. 23. Felin. in c. Licet. n. 8. De Offic. Ordinar. (10) Reinffenst. loc. cit. n. 234. (11) Reinffenst. Jur. Can. lib. 3. tit. 1. § 1. n. 24. c. Privilegium. de V. S. in 6to. (12) glos. in can. Qui vere. v. vero. 16. q. 1. c. Cùm Monasterium. De Election. Fagnan. in c. Nullus. De for. competen. (13) c. Adversus. de Immunit. Eccles. c. 3. 4. & fin. eod. tit. in 6to. (14) c. 1. de jure juran. in 6to. (15) c. Decet Domum. § Ordinarii. c. Clericis §. Nos igitur. De Immunit. Eccl. (16) Conc. Parisien. lib. 2. c. 2. can. Ecclesia mea dist. 97. can. Non invenitur 23. q. 4. (17) Conc. Trid. sess. 25. de reform.

Corollarium 5tum.

JUs Asylorum & ipsa Asyla fuisse tam apud Judæos, ad quæ Rei confugere (1) possent, nempè (2) Altare & Tabernaculum, & (3) Templū ac Urbes (4) Refugii: quàm apud Gentes, (5) quibus si non causam, saltem Jus, omnes totius Mundi nationes referre tenentur. Constat enim Herculis Thebani Liberos, vel

ut se

ut ſe àb inimicis tutarentur, vel ut ad ſe alios protraherent, Aſylum, hoc eſt Templum Miſericotdiæ (6) collocâſſe. Poſtea hoc Jus Aſyli defluxit ad Romanos, apud quos Romulus ſacrum quendam locum inter Collem & Capitolium aperuit, & Aſylum (7) conſtituit. Succeſſu verò temporis etiam aliis templis idem Jus (8) Aſyli datum eſt, quale apud Romanos erat Templum (9) Pacis: & longè ſanctiùs Romani Cæſarum ſtatuis (10) confugium præbuerunt. Neq; in Lege Gratiæ defuerunt à primis Eccleſiæ ſæculis Aſyla, Eccleſiæ ſcilicet & Altaria, DEO conſecrata, à quibus abducere confugientes (11) non liceret. Hoc Jus Aſyli nil aliud eſt, quàm Jus Eccleſiis, & Sacris, nec non aliis quibusdam locis competens, confugientibus ad ea malefactoribus ſecuritatem præſtans, ad hoc, quòd

inde

inde violenter extrahi non possint, nec in vita, nec in membris (12) puniri valeant.

Et licèt Jus Asyli Jure duntaxat (13) humano Civili & Canonico introductũ sit, non itẽ naturali & Divinô: tum quia si Jura Asyli essent de Jure naturali Divino, nunquã potuissent, aut possent mutari, cùm Jura naturalia (14) semper firma & immutabilia permanent; nec potuissent ab aliquo etiã Papa minui, aut dispensari, cùm inferior in Legẽ Superioris nullam (15) habeat potestatem; neq; potuissent consuetudine abrogari, aut eis in aliquo derogari, ut pote quæ contra Jus Divinum fiunt (16) nihil valent. Jam verò jus Asyli per Pontificem fuit immutatum, quò ad certas personas & crimina (17) restrictum ac limitatum, insuper eidem variis in locis consuetudine (18) derogatum est. Demum in

materia

materia Asyli vult Pontifex procedendum ac distinguendum esse juxta sacrorum statuta Canonum & traditiones (19) Legum Civilium, consequenter non juxta Jus Divinum naturale. Tum ut Jus Asyli esset Juris Divini positivi, nulla similis Lex, aut Jus positivum aut traditio ab Apostolis accepta extat: quamvis enim in veteri Testamento (20) per legem positivam Divinam certa loca habuerint Jus Asyli, tamen quia hæc lex fuit una inter Ceremoniales, (quæ unà cum Judicialibus per Legem Gratiæ expirârunt) & à Christo in novo Testamento nullibi reperitur, Jus Asyli Jure Divino Naturali & positivo non videtur introductum fuisse.

Nihilo tamen minùs fatendum venit, rem non improbabilem esse, Jus Asyli in novo Testamento esse Juris Divini Naturalis vel positivi.

Tum

Tū quia apud omnes fere (21) Gentes vigebat. Tum quia instinctu & lumine naturali dictante æqvum, justum, ac debitum fuisse judicatum, ob reverentiam Ecclesiis & locis sacris debitam, illuc confugientes malefactores extrahi non posse, sed tutos in vita & membris manere. Proinde in ejusmodi transgressores graves pænæ (22) constitutæ sunt, & violatores Asyli Majestatis (23) Crimine esse retinendos: quæ pænarum gravitas æquitatem & obligationem naturalem non obscurè innuit. Imò Ecclesias & Ecclesiasticas Personas non tantùm de Jure (24) Divino, sed etiam (25) humano gaudere, Jure Immunitatis Realis & Personalis, nec ullam contra Immunitatem Realem aut Personalem valere consuetudinem, etiam immemorialem: quia contra Jus Divinum nulla valet (26) consuetudo.

(1) *Gonzal. in c. Inter alia. De Immunit. Eccles.* (2) *3. Reg. 2. v. 28. ibi* - Fugit Joab. in Tabernaculum Domini & apprehendit cornu Altaris. (3) *2. Mach. 10. vers. 43. Abulen. in cap. 10. Josue. q. 3.* (4) *Num. 35. Josue 20. D. Ambros. de Abel & Cain lib. 2. cap. 4.* (5) *Kochier in face Histor. centur. 1. cap. 79. Lipsius ad lib. 3. Annal. Taciti.* (6) *Servius ad libr. 8. Æneid. Virgilii. ibi.* - Postquā Hercules migravit de Terris, Nepotes ejus timentes insidias eorum, quos Avus afflixerat, Athenîs sibi primi Asylum hoc est Templum Misericordiæ collocârunt, unde nullus possit abduci - *Statius Papin. lib. 12. Thebaid.* (7) *Ovid. lib. 3. Fastor. Virg. lib. 8. Æneid. Juvenal. Satyr. 8.* (8) *Cicero in Orat. pro Domo sua ibi* - Hìc Aræ sunt, hìc Foci, hìc Dii Penates, hîc Sacræ Religionis Ceremoniæ continentur, hoc perfugium est ita Sanctum omnibus, ut inde abripi, neminem fas sit - (9) *D. Thom. lib. 2. de regim. Princip. cap. 15.* (10) *l. 17. ff. Ædilit. edict. l. un. C. de His, qui ad statuas.* (11) *Conc. Arausican. celebratum Anno 341. n. 4. relatum à Gratiano in can. Eos qui. dist. 87. Gelasius Papa in can. Frater. 17. q. 4. Conc. Aurelian. I. Can. 35. celebratum Anno 514. Gonzal. in c. Inter alia. n. 13. de Immunit. Eccles.* (12) *arg. c. Inter alia & ibi glos. v. Puniendus. de Immunit. Eccles. can. Miror, & sequ. can. Nullus. & sequ. 17. q. 4.* (13) *Covarruv. lib. 2. Variar Resolut. cap. 20. n. 2. Suarez tom. 1. de Religion. lib. 3. cap. 8. n. 9. Reinffenst. Jur. Can. lib. 3. tit. 49. § 2. n. 21. l. 2. 3. & 6. C. de his qui ad Eccles. confug. & Novell. 17. cap. 7. 6.*

Inter

Inter alia. & ibi glos. v. Puniendus. de Immunit. Eccles. can. 8. 9. 19. 20. caus. 17. q. 4. (14) § *Sed naturalia. Instit. de Jur Nat. Gent. & Civili.* (15) *Clemen. Ne Romani. de Election.* (16) *c. fin. de consuet.* (17) *text. in cit. c. Inter alia. & vide infra. cit. Bulla Gregor. XIV.* (18) *Barbos. lib. 2. Jur. Eccl. Univers. cap. 20. n. 82. Layman. lib 4. tract. 9. cap. 3. n. 2. & alii.* (19) *cit. c Inter alia. Reinffenst. loc. cit. n. 22.* (20) *vide in princ. hujus Corollar.* (21) *tot. tit. C. de his, qui ad Eccles. confug.* (22 *l. Præsenti. C. eod.* (23) *l. 2. C. eod.* (24) *Barbos. lib. 1. Jur. Eccl. Univers. cap. 39.* § *5. n. 3. Azorius part. 1. lib. 5. cap. 12. q. 1. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. disp. 15. q. 19. Conc. Trid. seß 25. cap. 20. De Reform. c. Nimis. De Jurejur. & Psal. 104. vers. 15. ibi* - Nolite tangere Christos meos - *& Zachar. 2. vers. 8. ibi* -qui tetigerit vos, tangit pupillā oculi mei - *& Matth. 17. vers 24. & 25.* (25) *patet ex suprà citatis textibus.* (26) *c. fin. De consuetud.*

Conclusio II.

IMmunitas Ecclesiastica cum Jure Asyli (1) extendit se non modò ad Ecclesias, res Ecclesiis adhærentes, Clericos, Laicos, Fideles, sed etiam ad Paganos, Judæos, & Hæreticos.

Corol-

Corollarium 1mum.

Cùm experientiâ constet varios ad Asyla confugere Reos, seu malefactores, tam Laicos quàm Clericos, tam Viros quàm Fæminas, tàm Catholicos quàm Hæreticos, imò etiam Judæos ac Paganos, quamobrem omnes & singuli Laici Catholici, cujuscunque ætatis, sexûs, statûs, aut conditionis sint, gaudent (2) Jure Asyli, etiamsi sint personaliter interdicti, aut excommunicati, etiam denuntiati, & publici Clericorum (3) percussores. Censuræ enim Ecclesiasticæ, etiam Excommunicatio non habet alios effectus odiosos, quàm in Jure expressos, nullibi verò in jure reperitur Excommunicationis vel alterius Censuræ effectus, privans malefactorem Asylô. Et licèt excommunicati sint privati communione

Fide-

Fidelium, & interdicti ingressu Ecclesiæ, non tandem sequitur excommunicatos aut interdictos universaliter esse privatos Asylô, cùm Excommunicatio non prohibeat ingressum Ecclesiæ materialis, sed communionem Fideliū; Interdictum verò licèt ingressū Ecclesiæ vetet, hoc non obstante, potest Interdictus ad ambitum Ecclesiæ, ad Monasterium, Hospitale, Domum Episcopi &c: confugere, ibiq; sicut & Excommunicatus Asylô gaudere, quæ omnia in odiosis non veniunt (4) nomine Ecclesiæ.

Eodem Jure Asyli gaudent (5) Clerici sæculares, ita, ut Episcopus vel alius Officialis Ecclesiasticus, non possit ab Ecclesia extrahere Clericum homicidam, nec eum detrudere in Monasterium ad pænitentiam peragendam: Privilegium enim Asyli, cùm sit potiùs locale quàm

Personale, ut pote concessum ipsis Ecclesiis, aliisq; locis Religiosis, propter reverentiam & honorem (6) eis debitum, extenditur ad omnes (7) in eo existentes, qui non sunt specialiter excepti, qualiter excepti nullibi reperiuntur Clerici; & cùm Clerici non sint deterioris conditionis quàm Laici, non minùs illi, quàm isti gaudent Jure Asyli. Imò ex eo, quòd certi Malefactores in specie non sunt excepti à dicto Privilegio, potiùs in illo includuntur, quàm excluduntur ab illo Clerici: exceptio utique unius (8) firmat Regulam in contrarium. Nec obstat, quòd in dicta Bulla Gregorii XIV. *Cùm alias* - nulla (9) Clericorum sed tantùm Laicorum sit mentio, & una specie ex duabus oppositis, quales sunt (10) Laici & Clerici assumptâ, altera censetur (11) exclusa: aut quòd Sacri Canones velint, Cleri-

Clericos delinquentes (12) per Judices Ecclesiasticos pænîs etiam gravioribûs v.g. perpetui carceris, verberationibûs &c: puniri. Non enim ideo Bulla Gregoriana de solis Laicis facit mentionem, quasi Clerici Asylô non gauderent, sed quia Papa eam principaliter edidit pro favore Laicorum contra Principes & Potestates sæculares, qui prætextu Privilegiorum & Indultorum, quibus abutebantur, delinquentes Laicos pro libitu extrahebant. Cùm verò contra Clericos similia Indulta non haberent, imò defectu Jurisdictionis in eos nullum extrahere possent, non erat necesse, nec fini Bullæ conveniens, de Clericis aliquam mentionem facere. Quemadmodùm etsi Clerici per Judicem Ecclesiasticum possint puniri etiam gravissimis pænis, si extra locum Asyli deprehendantur aut capiantur,

ſecus verò ſi ad illud ſecuritatis gratiâ ſe conferant. Poſſunt tamen in ipſo ſacro aut Religioſo loco capi vel puniri pænîs levioribûs, vel etiam aliquo modo gravioribûs, non tamen criminaliter & ad publicam vindictam, ſed correctionis, diſciplinæq; Eccleſiaſticæ gratiâ infligendîs: ſiquidem ab hoc pænarum genere, ſolam correctionem delinquentis reſpiciente, non liberat (13) Jus Aſyli, ſicut nec à præſtanda læſo ſatisfactione competenti, idem Jus Aſyli (14) eximit.

(1) c. Eccleſiæ. c. Inter alia. & ibi Fagnan. n. 59. & à n. 78. & Barboſ. à n. 16. de Immunit. Eccl. Tuſchus v. Eccleſia. concl. 9. n. 17. & concl. 11. n. 27. Clarus Practic. Crimin. lib. 5. § fin. q. 30. n. 16. Guttierez. practicar. quæſtion. Civil. lib. 3. q. 1. n. 28. & q. 3. n. 1. can. Reum. can. Diffinivit. 17. q. 4. l. 2. C. De his qui ad Eccleſ. confug. cit. Bulla Greg. XIV. - Cum alias - *Sylveſt. v. Immunitas n. 2. & 3. Archidiac. in can. Diffinivit. 17. q. 4. Sacr. Congr. Immunit. 1631. Reinffenſt. Jur. Canon. lib. 3. tit. 49. tot. §. 3. (2) arg. cit. c. Inter alia. & d. Bulla* Gregor.

Gregor. XIV. - Cum alias - *ibi* - Laicis ad Ecclesias confugientibus &c: (3) *Covarruv. lib. 2. Variar. Resolut. cap. 20. n. 11. Tuschus v. Ecclesia. concl. 20. n. 26. Sylvest. v. Immunitas 3. q. 3.* (4) *arg. c. In pœnis. & c. Odio. de Reg. Jur. in 6to. Reinffest. loc. cit. n. 56.* (5) *Fagnan. in cit. c. Inter alia. à n. 78. Tuschus, Clarus, Guttierez loc. cit. Sacr. Congr Immunit. quam refert Barbos in Collect. Bull. v. Immunitas ibi* - Clerici confugientes ad Ecclesiam gaudent Immunitate etiam respectu utriusq; Judicis - *Eadem in Faventina. 20. August. 1601. & in Tropien. 24. Januarii 1617.* (6) *arg. can. Deffinivit can. Si quis can. Frater. 17. q. 4. cum Concordant.* (7) *Bart. in. l. fin. Bald. in. l. Si speciali. C. de Testam.* (8) *arg. l. Quæsitum. §. Deniq; ff. de Feud. instruct. & c. de Conjug. lepros.* (9) *cit. Bulla* GREGORII *XIV.* - Cùm alias - *ibi* - Laicis ad Ecclesias confugientibus - & *ibi* - Revocamus omnia Privilegii Laicis - (10) *can. Duo sunt. 12. q. 1.* (11) *l. Si inter. ff. De except. rei. judic. junct glos. v. Directè contrariis. in Clem. 2. de Testibus.* (12) *arg. c. Novimus. §. Pro illo. de verb. signific. & c. 1. de Calumniator. cum Concordant.* (13) *arg. cit. c. Inter alia. ibi* - Super hoc tamen quod inique gessit, est alias puniendus - *glos. 1. in can. Nullus Clericorū. 17. q. 4.* (14) *arg. can. Reum. can. Id constituimus. 17. q. 4.*

Corol.

Corollarium 2dum.

RELigiosi contra proprios Superiores non ampliùs gaudent (1) Jure Asyli: Jus enim Asyli nullum favorabilẽ parit effectum contra proprios Superiores, nec enim illos tutos reddit à pœna mortis, vel mutilationis, vel ab alia pœna gravi aut etiam levi, necnon quòd per sententiam ad pœnam condemnari non possint, aut violenter è loco Asyli extrahi. Tum quia absq; Jure Asyli tuti sunt in vita & membris contra proprios Superiores, cùm hi pœnâ (2) sanguinis nullum afficere possint. Tum quia Superiores Regulares tam ex Jure communi, quàm ex Statutis particularibus à Sancta Sede approbatis, ac etiam consuetudine possunt non tantùm formare Processum Judiciarium ac Criminalem, atq; per sententiam

con-

condemnare delinquentes ad graviſſimam pœnam v.g. perpetui carceris, Triremium &c: verùm etiam eaſdemmet (3) exequi.

Multò magis immunes non ſunt Religioſi delinquentes à pœnis levibus, quæ cùm fiant correctionis causâ, non obſunt (4) Immunitati, & ſi poſſunt affici gravioribûs, cur non levibûs pænîs? etenim cui licet quod plus eſt, licet utique (5) quod eſt minus. Demum Jus Aſyli non efficit, quin Religioſi violenter poſſint è loco Aſyli extrahi: poſſunt enim de Jure communi & Statutario ab ordine etiam (6) nolentes expelli, ac etiam condemnari & mitti ad Triremes. Quod quidem verificatur, etiamſi extra Monaſterium, vel alium locum ſacrum delinquant, & dein ſe conferant ad illum, animô fruendi Iure Aſyli. Sive enim in, ſive extra Monaſterium de-

um delinquant, ſive animô fruendi Aſylô ad Monaſterium redeant, aut ibi maneant, præſatîs pænîs puniri, ab ordine expelli, & etiam ad Triremes mitti poſſunt, conſequens eſt, eis Ius Aſyli minimè (7) competere.

Enimverò licèt Religioſi ſecundùm eorum Inſtituta & Iura communia valeant per Superiorem in Monaſterio còërceri, verberari, & in carcerem (8) detrudi, per hoc tamen non violatur Eccleſiæ Immunitas; prout pariter non violatur Immunitas loci, dum ex uno Monaſterio in aliud detruduntur, aut extrahuntur (9) inviti, quia hoc fit permittente (10) Canone: tum quia ab uno Monaſterio & loco immuni deducuntur ad aliud ſimiliter immune, & ita ſalva ſemper remanet Eccleſiæ (11) Immunitas.

(1) Roderiq. tom. 2. quæſtion. Regular. q. 51 art. 4. Reinffeſt: Jur. Canon. lib. 3. tit. 49. §. 3. n. 72. (2) arg. c. 9. Ne Clerici vel Monachi.

nachi.

nachi. (3) *c. Dilectus.* 2. *De Simonia. Bulla Gregoiii XV.* - Universi Dominici - *quæ est* 34. *in Bull. Cherub. tom.* 3. (4) *arg. cit. c. Inter alia.* & *d. glos.* 1. *in can. Nullus Clericorū.* (5) *c.* 53. *de Reg. Jur. in 6to.* (6) *can. Resecandæ. can. Illud sane.* 24. *q.* 3. *c. fin. de stat. Manach. Reinffest. loc. cit.* §. 8. *n.* 226. & *seqq.* (7) *Reinffenst. loc. cit. tit.* 49. §. 3. *n.* 75. & *seqq.* (8) *Fagnan. in c. Inter alia De Immunit. Eccles. n.* 92. (9) *Fagnan. loc. cit. n.* 93. (10) *can. Qui peccat.* 24. *q.* 4. (11) *Vitalin. in Clemen.* 1. *n.*71. *De pænitent.* & *remiss. Fagnan.loc.cit.*

Corollarium 3tium.

GAudere Iure Asyli non tantùm illa omnia, quibus (1) Immunitas Localis, Realis & Personalis competit, verùm etiam confugientes (2) ad Statuas Cæsarum & Principum, ad (3) Ecclesiam, sive sint condemnati ad (4) Triremes, effringentes carceres, sive ad supplicium mortis (5) ducti, quantumvis vincti & catenis (6] ligati, tam stipiti portæ Ecclesiæ (7) innixi, quàm muro Ecclesiæ (8) adhærentes, tam reperiendo clausam Ecclesiæ janu-

am, tan-

am, tangentes (9) ſaltem dictam januam, vel ſaltem ſeras valvarum aut vectes, aut parietem ejus, quàm etiam cohærentes (10) valvis unico pede, & unica manu, tam confugientes ad (11) Crucem, quàm ad Sacerdotem (12) deferentem proceſſionaliter SSmum Sacramentum, aut ad infirmos, apprehendendo veſtem Sacerdotis, vel Baldachinum, vel ſe comitantibus Venerabile Sacramentum immiſcendo, captos in janua (13) Conventûs ſeu Monaſterii, aut in ambitu (14) Cathedralis Eccleſiæ, quinimo Cardinalîs occurſum ad Liberationem Reo damnato prodeſſe, ſi pileum (15) imponat capiti ejus, qui ad ſupplicium ducitur, hos inquam omnes tam Clericos, quàm Laicos gaudere (16) Iure Aſyli, præterquam qui de manu capientium non eſt elapſus, ſed eos ad Eccleſiam (17) ſecum traxit, talem Iure Aſyli tueri ſe non poſſe.

Et non tantùm Iure Asyli gaudent malefactores (18) fugientes ad Ecclesiam, fures (19) sacrilegi (20) blasphemi (21) & excommunicati, (22) non enim Immunitas concessa est Personis ad Ecclesiam confugientibus, sed (23) ipsi Ecclesiæ propter honorem DEI, & ob reverentiam DEO ac Ecclesiæ debitam; non tantùm proscripti, banniti, condemnati etiam (24) capitaliter, etiamsi dum ad supplicium ducuntur, transeant (25) per Ecclesiam vel Cœmeterium: verùm etiam ejusmodi Immunitate Asyli gaudent (26) Judæi, quorum etiam sepulchra immunitati subsunt. Item Pagani ac cæteri Infideles, etiamsi ad veram fidem se convertere nolint. Tum quia Jura universaliter (27) ac indistinctè loquuntur: tum quia favores (28) sunt extendendi: tum quia exceptio unius firmat (29) regulam

lam in contrarium: tum quia in Lege (30) Veteri non tantùm pro Judæis, ſed etiam pro Peregrinis erat locus Aſyli, quò Peregrinorum nomine veniebant etiam (31) Gentiles. Si igitur apud Hebræos fruebantur Immunitate etiam infideles, longe magìs frui debent hodie in Eccleſia Chriſtianorum, in qua eſt tranſlata Lex & Sacerdotium in formam (32) excellentiorem: tum demum, quia Jus Aſyli eſt Privilegium Locale, non (33) Perſonale.

Nec obſtat, quod *l. 1. C. de his, qui ad Eccleſiam confug.* hos tantùm dicat gaudere Jure Aſyli, qui habent animum ſe convertendi: hoc tamen intelligendum eſt, quando Judæi fugiunt ad Eccleſiam cum ſimulatione, fingentes ſe velle effici Chriſtianos. Sed ſi abſq; ſimulatione confugiunt, tunc etiam Judæi & Infideles gaudere (34) debent

bent prædicto Jure Asyli. Et quod maximum, quia Lex Civilis, inquantum nominatim disponit de Ecclesiis ac Ecclesiasticis Personis, sit invalida ac minimè attendenda, etiamsi commodum & favorem (35) Ecclesiarum respiciat, multò magìs ubi vergit in ejus præjudicium, qualis est lex citata. Et quamvis Leges Civiles in materia Immunitatis sint (36) canonizatæ, verùm in eo esse canonizatas, in quo non minuunt, nec restringunt Immunitatem (37) Ecclesiarum.

Insuper Iure Asyli gaudere quoq; (38) Hæreticos, modò non ob crimen Hæresis, sed ob aliud delictum fugiant ad Ecclesiam aut alium Religiosum locum. Nec Constitutio Gregoriana Hæreticum excludit à Jure Asyli, nisì quatenus per locum Asyli, declinare vult pænam ob Hæresim

resim infligendam. Et hoc Immunitatis Privilegium, quod consequitur liber homo ad Ecclesiam confugiens, consistit (39) potissimum, in duobus. *Primum.* est, quòd inde violenter extrahi non (40) possit, & si de facto & per vim extractus fuerit, de Jure potest petere, ut restituatur pristinæ libertati, cùm eâ fuerit, (41) defacto privatus. *Alterum est*, ut fugiens ad Ecclesiam per Judicem damnari (42) non possit ad mortem, vel aliam pænam, scilicet corporalem, seu cum sanguinis effusione. Imò nec criminaliter potest accusari confugiens (43) ad Ecclesiam, nec in carcerem (44) detrudi, potest tamen detrudi in Monasterium ad agendam (45) pænitentiam, dummodo tamen invitus ab Ecclesia (46) non extrahatur; tum potest pænâ (47) pecuniariâ puniri; nec non (48) exilii, nunquam

quam tamen erit in carcerem (49) detrudendus.

Ad Ecclesiam verò confugientes à Clericis recipi, defendi, sub protectione (50) teneri, si aliunde non habeant, alimentîs ex charitate (51) provideri, à nullo rebûs suîs (52) spoliari, nisì aliena secum asportaverint, quæ eis utique auferri, & suo Domino restitui (53) debent. Oportet nihilominus restitutionem fieri etiam de propriis bonis secum allatis, ad quod satisfaciendum per legitimum Judicem (54) compelli possunt. *Item* nullâ injuriâ (55) affici, nec (56) expelli, nec in compedibus aut ligati ibidem (57) retineri, neq; obsideri (58) carcerari, neq; victualibûs prohibitîs inediâ premi (59) tenentur, Et qui pro pecunia accepta eos ejecerit, deponendus (60) est Clericus, in Ecclesia verò custodientes Laici (61) excommu-cantur.

cantur. Quare qui inimicum suum occidit, & ipse lethaliter ab eo vulneratus per amicos ad Ecclesiam deductus est, si ab iisdem metu pænarum, quas illis Judex Laicus comminabatur, ex Ecclesia educatur, & Judici consignetur, restitui ab eodem (62) Ecclesiæ debet.

Immunitas hæc conceditur non solùm confugientibus ad Ecclesiam, sed etiam in ea (63) residentibus: nec attenditur, qua intentione quis ad Ecclesiam se contulerit, sed satis est, ut modò intendat gaudere (64) illius Immunitate: Privilegia enim locis concessa ad omnes personas ibi existentes sive forenses, sive extraneas (65) extenduntur. Quinimo etiamsi vellet quis expressè renuntiare Privilegio Immunitatis, & promitteret se capi in Ecclesia, tamen si ibi caperetur, non obstante illius consensu violaretur Ec-

clesiæ

clesiæ Immunitas: quia Privilegium est concessum Ecclesiæ, cui ex captura irrogatur injuria, & privilegio Ecclesiæ nemo (66) potest renuntiare. Et quatenus Immunitas esset etiam concessa intuitu Personæ: tamen generale est, ut privilegio in favorem duorum concesso, alter altero invito (67) renuntiare non possit. Neq; censetur violata [68] Immunitas, si confugiens sponte se offerat justitiæ, & de Ecclesia sponte exeat. *Non respectu confugientis*: quia beneficiô Immunitatis solùm gaudet, qui eam petit & appetit, & volenti non potest fieri [69] dolus vel injuria. *Nec respectu Ecclesiæ* quia cùm non fuerit extractus, sed sponte recesserit, non fuit Immunitas violata, & sic nec Ecclesia [70] injuriata.

(1) *vide suprà Coroll. 2do. 4to. & 5to.* (2) *l. 17. ff. Ædil. edict. l. un. C. de his, qui ad statuas.* (3) *vide suprà. & Gonzal. in c. Inter alia. n. 13. de Immunit.*

munit. *Eccl.* (4) *Sacr.* *Congr.* *Immunit.* *in* *Aglonen.* 22. *Junii* 1660 (5) *Eadem* *in* *Romana* 11. *Febr.* 1648. & *in* *Vallisoletana* 1627. (6) *Eadem* *in* *Beneventana* 6. *Maii.* 1653. (7) *Eadem* *in* *Amerina* 28. *Maii* 1628. *ibi* - Innixus stipiti Ecclesiæ gaudet Immunitate - (8) *Eadem* *in* *d.* *Amerina* 18. *Febr.* 1632. *ibi* - Adhærens muro Ecclesiæ gaudet Immunitate - & *in* *Camerinen.* 13. *Julii* 1638 (9) *Eadem* *in* *Firmana* 13. *Julii* 1657. *ibi* - Evadens è manibus Birruariorum & adhærens valvis Ecclesiæ gaudet Immunitate - *Covarruv.* *lib.* 2. *variar.* *Resolut.* *cap.* 20. *n.* 18. *Pignatell.* *tom.* 6. *consult.* 4. *n* 18 & *seqq.* *Barbos.* *lib.* 2. *Jur.* *Eccl.* *univ* *cap.* 3. *n.* 65. *Riccius* *in* *praxi* *tom.* 3. *resol.* 560. *n.* 8. (10) *Sacr.* *Congr.* *Immunit.* *in* *Brundusina* 4. 7*bris* 1643. & *in* *Caputaquen.* 7. 7*bris.* 1638. *ibi* - Tenens annulum valvarum Ecclesiæ gaudet Immunitate. (11) *Urbanus* *II.* *in* *Synodo* *Claromontana* *cap.* 29 & 30. *ibi* - Si quis ad aliquam Crucem in via prosequentibûs inimicis confugerit, sit liber, acsi in ipsa Ecclesia permaneat- *Gonzal.* *loc.* *cit.* *n.* 9. & 13. (12) *Sacr.* *Congr.* *Immunit.* *in* *Militen.* 28. *Maii* 1626. & 30. 7*bris* 1636. *Gonzal.* *loc.* *cit.* (13) *Eadem* *in* *Rossanen.* 18. *Febr.* 1653. (14) *Eadem* *in* *Narmen.* 17. *Julii* 1663. (15) *Bald.* & *Paul.* *Castr.* *in* *l.* *adjectos.* *C.* *de* *Appellat.* *Gonzal.* *loc.* *cit.* (16) *Sacr.* *Congr.* *Episcopor.* *in* *Faventina.* 20. *Augusti* 1601. *in* *Tropien.* 24. *Januar.* 1617. (17) *Sacr.* *Congr.* *Immunit.* *in* *Florentina* 6. *Novembr.* 1634. & *in* *Aletrina* 2. *Martii.* 1660. *Pignatell.* *tom.* 8. *consult.*

116.

116. (18) Fagnan. in c. Inter alia. n. 1. de Immunit. Eccles. (19) Covarruv. lib. 2. variar. resolut. cap. 20. n. 13. vers. 18. Clarus in Pract. Crimin. §. fin. q. 30. vers. Quæro an fures gaudeant. &c. (20) Navarr. in Manuali cap. 25. n. 19. vers. Gaudet etiam. (21) Idem loc. cit. n. 20. vers. Quod nostro judicio. (22) Clarus loc. cit. vers. Quæro etiam nunquid Excommunicati. Fagnan. loc.cit.à n.39. (23) Fagnan in c. Magnus.61. De obligat. ad Ratiocinia. & in c. Ecclesia S Mariæ. n. 41. de Constit. & in cit. c. Inter. alia. n. 41. (24) Clarus loc. cit. vers. scias autem. Navarrus loc. cit. n. 19. ad fin. vers. Exules item sive banniti. (25) Remig. de Immunit. Eccles. in 30. fallent. Fagnan. in c. Inter alia: de Immunit. Eccles n. 42. & seqq (26) Fagnan. loc cit. n. 60. Sylvest. v Immunitas. n. 2. & 3. Archidiacon. in can. Diffinivit 17. q. 4. Reinffenst. Jur. Canon. lib. 3. tit. 49. §. 3. n. 77. (27) can. Reum. 17. q. 4. d. c. Inter alia. (28) c. Odia. De Reg. Jur. in 6to. (29) arg. l. quæsitum. §. Denique. ff. De Feudor. Instruct. & c. 2. De Conjug. lepros. (30) Josue cap. 20. (31) 3. Reg. 8. Exod. 12. Levit. 17. 19. & 24. (32) c. Translato. & ibi DD. de Constit. Fagnan. loc. cit. n. 63. (33) can. Diffinivit. can. Frater. 17. q. 4. (34) Fagnan. loc. cit. n. 60. (35) c. Ecclesia. S. Mariæ. de Constit. (36) cit. c. Inter alia. & can. Id constituimus. 17. q. 4. (37) Reinffenst. loc. cit. n 78. (38) Sylvest. v. Immunitas. 3. q. 3. Guttierez practicar. quæst. lib. 3. q. 1. n. 28. Reinffenst. loc. cit. n. 80. (39) Abb. in cit. c. Inter alia,

ter alia. n. 3. & 9. verſ. Si vero nullo modo. (40) cit. c. Inter alia. & can. Reum. 17. q. 4. (41) Bart. in l. Præſenti. n. 5. C. de his qui ad Eccleſ. confug. (42) d. can. Reum. & d. can. Id conſtituimus. Fagnan. loc. cit. n. 11. can. De Raptoribus. 36. q. 1. (43) gloſ. in d. can. Reum. v. vel ad mortem. & Archidiac. ibid. n. 2. (44) Innoc. in cit. c. inter alia. v. Puniendus. (45) arg. c. Si Epiſcopus. diſt. 50. Authen. Sed de novo Jure. C. de adulter. (46) Abb. in cit. c. Inter alia. n. 14. verſ. Sed circa duo poteſt dubitari. (47) cit. can. Id conſtituimus. & cit. can. Reum. & ibi Archidiaconus. n. 3. gloſ. in cit. c. Inter alia. v. puniendus. (48) Hoſtien. in d. c. Inter alia. n. 1. in fin. in v. Puniendus. (49) Innoc. in d. c. Inter alia. in v. Puniendus. Hoſtien. loc. cit. (50) can. Eos. diſt. 87. can Miror. can. Diffinivit. can. ſicut antiquitus. can. Reum. 17. q. 4. c. Inter alia. de Immunit. Eccleſiar. l. 2. 3. & 4. l. Præſenti. C. De his, qui ad Eccleſ. confug. Pignatell. tom. 2. conſult. 4. n. 63. (51) can. Ipſa pietas. 23. q. 4. Abb. in d. c. Inter alia. n. 28. gloſ. in can. Diffinivit. v. defendatur. arg. cit. l. Præſenti. (52) Farinac. in appendice de Immunit. cap. 19. n. 300. arg. can. ſicut. & d. can. Diffinivit. 17. q. 4. Conc. Mediolanen. par. 1. tit. 2. De Eccleſ. & earum Cultu. (53) comm. DD. & Reinffenſt. Jur. Canon. lib. 3. tit. 49. §. 6. n. 170. (54) Covarruv. variar. Reſolut. cap. 20. n. 18. Coroll. 36. Reinffenſt. loc. cit. (55) can. Nullus Clericorum 17. q. 4. Conc. Illerden. cap. 8. (56) can. De Raptoribus 36. q. 1. d. c.

Inter

Inter alia. (57) *Sacr. Congr. Immunit. in Consentina 11, Junii 1627.* (58) *can. Non satis. dist. 86. Sacr. Congr. in Neapolitana 22. Junii 1627. Farinac. loc. cit. n. 297. arg. l Præsenti. C de his, qui ad Eccles. confug & d. can. Diffinivit. 17. q. 4.* (59) *d. l. Præsenti.* (60) *c. qui alium. De Simonia.* (61) *Sacr. Congr. in Amerina. 4. Decembr. 1629* (62) *Sacr. Congr. Immunit. in Sabinen. 18. Junii. 1669.* (63) *cit. can. Diffinivit.* (64) *Fagnan. loc. cit. n. 86.* (65) *Bart. in l. fin. C. de Testam. Bald. in l. Si non speciali. C eod Fagnan. loc. cit. n. 82.* (66) *arg. c. Contingit. 1. de Sent. Excom. Fagnan. loc. cit. à n. 87.* (67) *c ad Apostolicam. & ibi glos. v. Monasterii. De regularib.* (68) *Vitalin. in Clemen. 1. n 85. De pænit. & Remission.* (69) *l. Cum donationis. C. de Transaction.* (70) *arg. l. Quod dictum. ff. de Pact. Fagnan. loc. cit; n. 90.*

Corollarium 4tum.

QUanquam omnia & singula, quæ specialiter non sunt excepta, gaudent (1) Asylô: sunt tamen certa excepta crimina, ob quæ prohibetur quis hac Immunitate gaudere. Et quidem Latrones (2) publici, viarum (3) grassatores, quos occidere etiam sinè peccato

(4) li-

(4) licet, non tamen sinè irregularitate, nisì pro necessaria vitæ defensione. (5) *Item* agrorum (6) depopulatores, publicas stratas obsidentes, viatorum ex insidiis aggressores. *item* qui homicidia & mutilationes in ipsis Ecclesiis vel earum Cœmeteriis committere (7) non verentur, sive uterq; tam lædens scilicet, quàm læsus in ipso sacro loco existat, aut etiamsi existens extra Ecclesiam sclopô, lapide, sagittâ occidit, aut mutilat existentem (8) inEcclesia, sive qui extra Ecclesiã existens mandat occidi aliquem (9) existentem in Ecclesia: qui enim facit per alium, perinde est, acsi faciat per (10) se ipsum, & executio mandati potius Mandanti, quàm Executori (11) imputatur, sive qui existens in Ecclesia, existentem extra Ecclesiam (12) occidit vel mutilat; quia talis in ipsa Ec-

clesia

clesia ponit causam efficacem mortis, & est revera jam reus (13) Homicidii in ipsa Ecclesia. Sivè qui in Ecclesia mandat ut occidatur, mutiletur existens (14) extra Ecclesiam, tales omnes homicidas & mutilatores privari Asylô. Cæterum occidentes & mutilantes propè Ecclesiam v.g in atrio, in porticu, in scalis Ecclesiæ, vel intrà 40. vel 30. passus ab Ecclesia, vel in hortis Monasteriorum, probabilius esse, non privari (15) Asylô: etenim vi Bullæ Gregorianæ, ut quis indignus censeatur Asylô, debet homicidium aut mutilationem committere in ipsis Ecclesiis, aut Cœmeteriis, & particula *In* ablativo juncta idem significat (16) quod *intrà*, solumque locum interiorem comprehendit, & participatio Immunitatis cùm sit favorabilis, meritò in illa veniunt nomine Eccle-

siæ,

ſiæ, aut alterius loci ſacra præfata, (17) loca.

Item privat Jure Aſyli homicidium (18) proditorium, quod ſit ab amico, vel ex ſtatu muneris, conditionis, aut perſonæ ad amicitiam, vel fidelitatem obligato, vel ſaltem ſub aliqua amicitiæ, fidelitatis, ſocietatis, vel neceſſitudinis ſpecie, ita ut malitia ejus in hoc conſiſtat, quòd quis nulla præcedente inimicitia aut rixa occidatur à vero vel ſimulato amico, vel ad amicitiam, aut fidelitatem ſpecialiter obligato, ùt dum vir uxorem, ſervus dominum, filius Parentem, aut è contra, aut ſi quis alius Fratrem, ſocium, itineris, commilitonem, familiarem occidit; vel ſi quis poſitivus quidem amicus non exiſtens, nec ad amicitiam vel fidelitatem ſpecialiter obligatus invenitur, tamen ſub hujuſmodi ſpecie (19) occidit;

aut

aut ſi occidit infantem in utero exiſtentem, affinem, conſanguineum, vel inimicum (20) conciliatum. *Item* privat Jure Aſyli Aſſaſinii (21) crimen, idque ſecuto effectu, ſeu (22) morte, per ſolam enim (23) vulnerationem, non eſt quis verus Aſſaſinus in ordine ad privationem Immunitatis ſtatutam in Bulla Gregoriana, licèt quò ad incurrendas (24) pænas dicatur & cenſeatur verus Aſſaſinus. *Item* Crimen [25] Hæresîs, intellige ſi ob ipſius Hæreſis crimen, non item òb alia crimina quis ad Eccleſiã (26) confugiat. *Item* Crimen læſæ (27) Majeſtatis, in perſonam ipſiuſmet Principis. *Item* non gaudent Jure Aſyli Milites Hæreticorum caſtra ſequentes (28) contra Catholicos, neq; Apoſtatæ (29) à fide & ſuſpecti de Hæreſi.

Pariter removentur à Privilegio

Immu-

Immunitatis (30) falſificantes Litteras Apoſtolicas, Miniſtri Montis pietatis, vel alterius publici Telonii aut Banci pro depoſitis Principis, privatarumq; perſonarum deſtinati, furtum aut falſitatem in prædictis locis committentes; conflantes, adulterantes, vel tondentes quaſcunque monetas aureas, vel argenteás etiam Principum exterorum, vel ipſas monetas conflatas, adulteratas, aut detonſas ſcienter ita expendere, & erogare, præſumentes, ut fraudis conſcii atq; Principes cenſeri poſſint. Illi demum, qui ſub Nomine Curiæ ſeſe introducunt in alienas domos, animô ibidem perpetrandi rapinas, eaſq; re ipſa committunt cum homicidio aut mutilatione membrorum alicujus ex domeſticis earundem ædium, vel etiam extranei ſecuta.

(1) d. c.

(1) *d. c. Inter alia. Bulla Gregorii XIV.* - Cum alias - (2) *d. can. Sicut antiquitus. 17. q. 4. Bulla Gregorii cit.* (3) *can. Cum homo. 23. q. 5. l. 1. C. quan. lic. unicuiq; sinè judic.* (4) *c. Interfecisti. & sequ. de Homicid.* (5) *Clemen. si furiosus. de Homicid.* (6) *d. c. Inter alia. & cit. Bulla Gregorii XIV.* (7) *d. c. Inter alia. & cit. Bulla Gregorii XIV.* (8) *Barbos. lib. 1. Jur. Eccl. Univ. n. 113. Farinac. in appendic. de Immunit. cap. 16. n. 224. Reinffenst. loc. cit. §. 4. n. 102.* (9) *Farinac. loc. cit. n. 230. Decian. in tract. Crimin. lib. 6. cap. 28. n. 7.* (10) *c. Qui facit. de Reg. Jur. in 6to.* (11) *c. ut famæ § Laici De. sent. Excomm.* (12) *Farinac. loc. cit. n. 223. Barbos. loc. cit. n. 111. Covarru. lib. 1. variar. Resolut. cap. 1. n. 15.* (13) *Reinffest. loc. cit. n. 106.* (14) *Farinac. loc. cit. n. 229. & alii. Barbos. lib. 2. Jur. Eccles. univ. cap. 3. n. 117. Abb. in d. c. Inter alia. n. 17. & 18. Pignatell. tom. 6 consult. 41 n. 5. & 6.* (15) *Barbos. de Dictionib. Dictio. In. n. 2. arg l. 1. §. quod diximus. ff. de Success. edict. & l. ait Prætor. § in publico. ff. de Flumin.* (16) *Reinffenst. loc. cit. §. 4. n. 111.* (17) *d. c. Inter alia. cit. Bulla Gregor. XIV.* - Cum alias - *Pignatell. tom. 9. consult. 18. fere per tot. Farinac. in Appendice de Immunit. cap. 9. n. 143. Pax Jordanis Lucubr. lib. 11. tit. 3. n. 342. Reinffenst. loc. cit. n. 114. & seqq.* (18) *Psal. 40. ibi* - Homo pacis meæ in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem - *& Psal. 54. ibi* - Si inimicus meus maledixisset mi-

ſet mihi &c: - & *2. Reg: 3. & 20. l. ſervum. C. De Delatorib. l. Cujusq; ff. ad L. Jul. Majeſt. l. omne. l. Proditores. ff. de re Milit. can. Clericus qui. diſt. 46.* (19) *Pignatell. tom. 6. conſult. 4. n. 151. & 152. ibi* - Mater ſcindens filium infantem non gaudebit Immunitate - *S. Congr. Concil. 3. Decembr. 1632.* Item malis medicamentis procurans abortum non gaudet Immunitate. *Sacr. Congr. Conc. 3. Decembr. 1632. Farinac. loc. cit. cap. 10. n. 138. & lib. 2. conſ. 168. n. 75. Reinfenſt: loc. cit. à n. 125.* (20) *d. Bulla Gregor. XIV.* - Cum alias *& c. 1. De Homicid. in 6.* (21) *Pignatell. tom. 9. conſult. 43. n. 9. Farinac. de Immunit. cap. 8. n. 123. in fin. & de Homicid. q.* 123. *n. 77.* (22) *Declaratio Sacr. Congr. Immunit. ap. Pignatell. tom. 2. conſult. 68. in una Sarzanen. 21. Febr. 1520. ibi* - Antequam ſequatur effectus, qui pecuniam dedit propter Homicidiū, gaudet Immunitate - (23) *cit. c* 1. *De Homicid: in 6to.* (24) *cit: Bulla Gregor: XIV.* - Cum alias - *Reinffenſt: loc: cit: n.* 138. (25) *Idem loc: cit:* (26) *cit: Bulla Gregor: XIV. & Reinffenſt loc: cit: à n.* 139. (27) *Pignatell: tom: 8. conſult:* 18. (28) *Joan: XXII. Conſt:* 1. - Ex parte- (29) *Bulla Benedict XIII. quæ incipit* - Ex quo Divina - *Anno* 1725.

Corollarium 5tum.

QUamvis confugientes ad Eccleſiam Rei exceptorum crimi-

num

num non gaudeant Immunitate, extrahi tamen inde per Judicem (1) ſæcularem nequeunt, niſi de licentia Epiſcopi aut Officialis ejus, vel Conſervatorum, ſi locus ſit exemptus: taleſq; extradendi poni debent in carcere Eccleſiaſtico, donec per Epiſcopum cognoſcatur, an crimen, quod objicitur, exceptum commiſerint? Quòd ſi delinquentes ſunt Clerici Regulares cujuſcunque Ordinis aut Militiæ & Sancti Joannis Hieroſolymitani, tales nec extrahi, aut carcerari, vel inquiri de criminibus ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantibus per Sæcularem Poteſtatem poſſunt. Quòd ſi Rector loci ſacri defectu tutæ cuſtodiæ aut virium implorat Judicem ſæcularem pro auxilio: tali caſu poſſe Poteſtaſtatem (2) Sæcularem non quidem ſuo ſed Rectoris nomine in ipſo loco ſacro cuſtodire Reum, non ambigitur.

bigitur. Cùm enim non ſuo ſed Rectoris nomine cuſtodiat, jam non Sæculari, ſed Eccleſiaſtica Poteſtate cuſtodiri (3) cenſetur Reus. Pariter in caſu, quo Rectores Eccleſiæ debitè requiſiti, ut Reum uſq; ad reſponſum Epiſcopi ſufficienter cuſtodiant, id facere recuſarent, vel adimplere negligerent, concedit (4) Papa Curiæ Sæculari, quòd Reum, etiam extrahere, & multò magis eundem in loco ſacro cuſtodire poſſit: nam cui licet quod plus eſt, licet utique quod eſt (5) minus.

Et licèt olim de Jure antiquo quivis Reus ad Eccleſiam confugiens, à Rectore Eccleſiæ tradi potuerit Poteſtati (6) Sæculari, ſi hæc præſtitô Juramentô impunitatem, Rei promiſit: hodie tamen poſt Bullam Gregorii XIV. Rectores Eccleſiæ etiam receptô juramentô nullum invitum tradere poſſunt, niſì

clarè

clarè (7) conſtet, eum commiſiſſe crimen exceptum. Tunc enim requiſiti à Curia ſæculari tam Epiſcopi, quàm inferiores Regulares & ſæculares Rectores Eccleſiarum non tantùm poſſunt, ſed etiam tenentur (8) extradere Reum. Neq; requiritur, ut Epiſcopi aut aliarum Eccleſiarum Rectores exigant, vel Poteſtates Sæculares præſtent juramentum de non infligenda pæna mortis, aut corporali, neq; neceſſe eſt, ut circa hoc proteſtationem faciant præfati (9) Eccleſiarum Rectores: cùm in Bulla Gregoriana nulla ſit mentio de aliquo juramento, cautione, aut proteſtatione, imò potiùs contrarium dicitur, poſſe talem abſq; irregularitatis, aut alicujus cenſuræ Eccleſiaſticæ nota tradi. Quemadmodum pariter, ex Bulla Gregoriana liquet, etiam abſq; petita licentia Epiſcopi poſſe Recto-

res

res Ecclesiæ (10) Reum extradere Curiæ Sæculari, dummodo clarè & indubitanter constet, eum commisisse crimen exceptum.

Quando verò constat Reum nullum commisisse crimen exceptum, nullomodo eum potest (11) extrahere Curia Sæcularis, etiam in casu, quo dubium est, imò quo certò constat Reum commisisse crimen exceptum, sinè expressa licentia Episcopi aut ejus Officialis, & cum interventu Personæ Ecclesiasticæ ab eo Auctoritatem habentis, non potest Curia Sæcularis Reum in loco Asyli capere, aut extrahere. In dubio enim num Reus gaudeat Asylô, nec ne? vel si controversia oritur ex qualitate Personæ aut loci, ad solum Judicem Ecclesiasticum, Episcopum nempe spectat judicialiter (12) cognoscere & judicare. Idq; ex illa Regula Juris universali: quod

de cau-

de causa Spirituali & Ecclesiastica, eiq; annexa sive principaliter, sive incidenter in judicium deducitur, nonnisi Judex (13) Ecclesiasticus cognoscat. Aut si dubium est: an crimen commissum sit de exceptis nec ne? etiam solus Episcopus (14) judicialiter cognoscit ac determinat; & in conflictu Doctorum, ut Reus Asylô gaudeat vel non? Episcopus pronuntiare debet (15) pro Immunitate, scilicet quòd Reus gaudeat. Cæterum dum Episcopus examinatâ causâ cognoscit Reum non gaudere Asylô: debet eum tradere Curiæ Sæculari, etiamsi Reus, vel Fiscalis Ecclesiæ (16) appellet. Porro sicut denegatur Reo appellatio, ita etiam denegatur Fisco, vel Actori, ac Potestati (17) Sæculari, nisí constet sententiam Episcopi (18) esse notoriè iniquam, à tali enim sententia clausula - *Remota appella-*

 tione

tione - nunquam prohibet appellationem.

(1) *Constit: cit: Gregor. XIV.* - Cùm aliàs - *Farinac: loc: cit: n. 248. Tuschus: v. Ecclesia: concl 10. n. 12. Peregrin de Immunitat: cap: 16. n: 20. Reinffenst. loc: cit: §. 7. à n. 172.* (2) *Bonacin. tom. 2. disp. 2. q. 7. punct. 3. n. 6. Covarruv. lib. 2. variar. Resolut. cap. 20. n. 17.* (3) *arg. l. 1. § sed neq; C. de veter. Jur. enucleando. ibi* - Omnia nostra facimus, quibus ex nobis Auctoritas impenditur - (4) *cit. Bulla Gregor. XIV. § 3.* (5) *c. Cui. De Reg. Jur. in 6to.* (6) *arg. can. Diffinivit. & can. Id constituimus. 17. q. 4. ibi* - Reos non licet aliter consignare, nisì ad Evangelia datis Sacramentis de morte, &c: - (7) *Farinac. in Appendice De Immunit. cap. 22. n. 334. Reinffenst. loc. cit. § 17. n. 178.* (8) *cit. Bulla Gregor. XIV.* (9) *Farinac. loc. cit. n. 343. Bonacin. loc. cit. § 7. n. 12.* (10) *cit. c. Inter alia. & d. Bulla Gregor. XIV. § 3.* (11) *cit. Bulla Gregor. XIV. Reinffenst. loc. cit. n. 186. & sequ.* (12) *c. Si Judex. de Sent. Excomm. in 6to. c. 2. de Judic. Pignatell. tom. 9. consult. 22. n. 30. Peregrin. de Immunit. cap. 13. n. 18.* (13) *arg. c. 2. & 3. de Judic. & c. 3. de Ordin. cognit.* (14) *Pignatell. loc. cit. n. 28. d. Bulla Gregor. XIV. §. 4. & 5.* (15) *Pignatell. loc. cit. n. 8. Turrecremata in can. Si quis in atrio. 17. q. 4. Decian. cons. 80. n. 22. Reinffenst. loc. cit. n. 200.* (16)

cit.

cit. Bulla Gregor. XIV. § 5. Pignatell. tom. 2. consult. 16. à. n. 13. (15) Peregrin. de Immunit. cap. 16. n. 23. Pignatell. loc. cit. n. 25. & ibi Sacr. Congr. 6. Jun. 1629. & 1644. & n. 17. (18) Scacc. de Appellat. lib. 3. cap. 2. q. 16. imit. 1. n. 81.

Conclusio III.

IMmunitas Ecclesiastica eximit Clericos, Ecclesias, necnon Ecclesiæ adhærentia Bona ab ordinariis & extraordinariis tributis & exactionibus (1)

Corollarium 1mum.

ECclesias, Ecclesiasticasq; personas ac earum Bona, etiam propria in specie immunes & exemptas esse ab omnibus illis etiam ordinariis tributis, oneribus & exactionibus

quomodocunque vocitatis, quas Principes ac Domini Territoriales ſubditis & Bonis eorum v.g. Prædiis, fundis &c: non vi directi dominii, quod in talia Bona habent, ſed ex poteſtate Juriſdictionis ſuprema lege quaſi ordinaria aut perpetua imponunt pro ſtatu ſuo decenter conſervando, & pro expenſis ad juſtitiæ adminiſtrationem, aliiſq; ordinariis debiti regiminis ac boni communis neceſſitatibus, ut proin quamvis Poſſeſſor alicujus prædii, fundi, agri, prati, domûs &c: pro ordinaria hujuſmodi exactione, tributo vel onere, ratione talis prædii, fundi, agri, prati, domûs &c: aliàs certam pecuniæ quantitatem dederit, ſive etiam reemptionali modô, tamen ſi tale prædium, fundus, ager, domus &c: donatione, emptione, hæreditate, legatô, aut alio modo legitimè tranſit ad Mo-

naſte-

nasterium aliquod, Capitulum, Collegium, vel alium locum pium Auctoritate Episcopi erectum, consequenter Religiosum, vel etiam allodialiter in personam alicujus Clerici, v.g. Canonici, illico tales res immunes (2) evadant ab onere, exactione, vel tributo hujusmodi ordinario, ita, ut Principes sæculares talibus bonis, quamdiu apud Ecclesiasticos manent, penitus nihil amplius imponere, nec prætextu illorum ab Ecclesiis, Monasteriis, vel Personis Ecclesiasticis aliquid exigere valeant.

Quod intelligendum est tam (3) de Ecclesiis, & de Personis Ecclesiasticis, quàm Bonis earum & Clericorum propriis, titulo aliquo temporali acquisitis, vel in posterum, acquirendis, quæ *Patrimonialia* (4) dicuntur: pari enim passu Bona Ecclesiarum & Bona patrimonialia,

Cleri-

Clericorum (5) ambulant. Idq; si-
ve quæratur de Bonis, quæ usibus
Ecclesiasticis dedicantur quò ad
fundationem, vel Mansum, aut Cœ-
meterium, vel domos, vel horto
juxta positos, aut dotem Ecclesiæ
hæc enim indistinctè sunt immunia
ab omnibus tributis & oneribus (6)
laicalibus, nedum publicis & Regi-
is, sed quod magìs est, etiam pri-
vatis & antea impositis, ob specia-
lem eorundem Bonorum (7) san-
ctitatem. Sive quæratur de Bonis,
quæ aliîs titulîs vel causîs ad Ec-
clesiam pervenerunt; tunc si agitur
de oneribus impositis, antequam
Bona hujusmodi in Ecclesiam tran-
sirent: certum est prædia ejusmodi
transire ad Ecclesiam cum suo (8)
onere, dummodo copulativè ista
concurrant, videlicet (9) ut onera
sint vera & realia, idest ipsis fun-
dis infixa & imposita Bonis propter

bona

bona, ut ſint perpetua, certa, & invariabilia. Si verò agitur de oneribus impoſitis eo tempore, quô Bona jam ſunt effecta Eccleſiæ: certum eſt ab hujuſmodi oneribus Eccleſiam eſſe prorſus (10) immunem nisì talia ſint onera, quæ naturali ratione ipſis rebus incumbunt, ùt reficere (11) iter ante domum, purgare (12) puteum neceſſarium toti viciniæ, in qua ſita eſt Eccleſia: quo caſu poſſunt vicini (13) propria authoritate collectam indicere; nihilominus & has exceptuatas leges non poſſe ſubſiſtere, quæ teſte Fagnano d. num: allegato in n. 50. ſunt nullæ ex defectu poteſtatis.

A collectis itaque & impoſitionibus Laicorum Bona Clericorum non tantùm Civili (14) & Canonico, verùm etiam Jure Divino (15) immunia ſunt, & Laici cujuſcunque

cunque Status, Dignitatis & Conditionis imponentes Ecclesiis vel Clericis Collectas excommunicati (16) sunt cum suis fautoribus. Hinc Ecclesiæ, Ecclesiasticæq; Personæ nullîs affligi (17) debent, angariîs, idest muneribûs, seu obsequiîs (18) personalibûs, propriîs sumptibûs præstandîs, & præangariîs, scilicet, cùm persona servit sumptibûs alienîs: ab his enim omnes Clerici cum eorum familia (19) liberi sunt, nisî in casu pro vigiliis (20) murorum, sive Civitatis, & nisì ratione (21) Feudi; quemadmodum etiam exigentes (22) pedagia à Clericis, incidunt in excommunicationem latæ sententiæ. Multò magis non teneri Ecclesias & Ecclesiasticas Personas ad munera (23) sordida aliàs servitia, ut calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, custodiæ balneorum, (24) & similia, imò neque earum Mancipia

cipia

cipia & (25) Coloni. Pariter neq; Bona (26) Religioſorum, neq; Bona (27) Hoſpitalium collectari poſſe, videlicet immunia eſſe à Collectis, oneribus & impoſitionibus Laicalibus: illa enim Bona ſunt Pauperum Chriſti, qui omnia reliquerunt (28) pro Chriſto, hæc pauperum Chriſti uſibus (29) ſunt deputata.

(1) *Abb. in c. fin. n. 12. de vita & honeſt. Cleric. c. Non minus. & ibi Fagnan. n. 9. & ſeqq. de Immunit. Eccleſ. Felin. in c. Eccleſia. n. 76. de Conſtit. Martha de Juriſdict. par. 4. caſ. 11. n. 28. Barbos. in can. ſi Tributum. 11. q. 1. Pignatel. tom. 2. conſult. 54.* (2) *DD. cit. Tanner. in Defenſ. Libert. Eccleſ. cap. 13. prope fin. Leſſius lib. 2. cap. 33. dub. 3. n. 19. & ſeqq. Reinffenſt. loc. cit. §. 10. n. 238. can. quæ ſemel. 19. q. 3. l. Sancimus. C. de Sacroſanct. Eccl. c. Non minus. c. Adverſus. de Immunit. Eccl. Clem. un. de Cenſib.* (3) *Fagnan. in loc. cit. n. 8. c. 1. de Cenſib. can. Secundum. 33. q. 8. arg. c. Non minus. de Immunit. Eccl. c. 1. eod. in 6. & Clem. un. eod. juncto c. 1. de Cenſib. & c. Quanquam. eod. in 6to. arg. can. Quæ ſemel. 19. q. 3. can. Ligna. De Conſecrat. diſt. 1. juncta d. l. Sancimus.* (4)

c. Quan-

c. Quanquam. de Censib. in 6to. c. 1. De Immunit. Eccl. in 6to. Pignatelli Tom. 2. Consult. 52. n. 99. ibi - Patrimonium Clerici est exemptũ instar Bonorum Ecclesiasticorum - *Sacr. Congr: Immunit. in Tricarcen. 14. Novembr. 1663.* (5) *Hostien. in d. c. Non Minus. n. 8. Rota decis. 339. n. 23. part. 6. recent.* (6) *Fagnan. loc. cit. n. 8. & per eum DD. cit.* (7) *can. Secundum. 23. q. 8. Rota d. decis. 339. n. 40. par. 6. recent.* (8) *Abb. in d. c. Non minus. n. 16. De Immunit. Eccl. can. tributum. 23. q. 8. ibi* - De exterioribus Ecclesiæ, quod constitutum est antiquitus, persolvendum est - *can. Si tributum. & ibi Turrecremata. 11. q. 1.* (9) *comm. DD. in c. 1. de Immunit. Eccles. in 6to. Turrecremata in d. can. Si Tributum v. alia verò. Rota in Brundusina Gabellæ. 13. Febr. 1604. coram Penia.* (10) *arg. d. c. Non minus. & ibi Abb. n. 16. v. sed ego distinguendo. & v. Ad alia autem onera. Bald. in l. Placet. vers. Postquam autem res facta est Ecclesiæ. C. De Sacrosanct. Eccl.* (11) *l. 1. ff. de via publica refic. Bart. in l. Administrationem. n. 3. C. de Sacro. Eccl. Abb. loc. cit. vers. Idem dico.* (12) *Speculat. in tit. de Censib. §. Nunc dicendum. v. Item pone quod vicinia. Abb. loc. cit. Alberic. in l. Cum usus fructus. ff. De usufruct.* (13) *l. 1. §. Vicinales. ff. Ne quid in loc. publ. Decian. cons. 14. Dubitatur an Clerici. n. 21. & 22. lib. 1. Fagnan. loc. cit. à. n. 9.* (14) *l. Sancimus. C. de Sacros. Eccl. ibi* - Competens prærogativa Cælesti favore conservetur - *Authen. Item Nulla C. De Episcop. & Cleric. c. 1. De casib. in 6to,*

can.

can. Secundum. 23. q. 8. Fagnan. loc. cit. n. 4. Bulla Urbani VIII. quæ incipit - Romanus Pontifex - Anno 1641. Reinffenst. loc. cit. § 10. n. 241. Rota in Alben. Gabellæ seu onerum 28. Junii. 1630. cor. Melino. & in Barcinonen. Exemptionis 20. Junii 1636. (15) Gen. 47. Esdr. 7. Matth. 17. & ibi Hieronym. & Augustin. (16) Fagnan: in c. Non minus. de Immunit: Eccles: n. 1. 33. & 36. Bulla Cœnæ Domini § 18. & 22. (17) Authen: Item nulla. C. De Episcop: & Cleric: Fagnan: loc: cit. n. 5. & sequ: (18) l. Munerum: ff. de Munerib: & honor: Lexicon Joan: Calvini in vers: Angaria. (19) l. 1. & 2. & l. Presbyteros: C. de Episcop: & Cleric: can: Quia cognovimus. 10. q. 4. glos in d. c. Non minus: v. Angarias. (20) c. Pervenit: & ibi Fagnan: De Immunit: Eccl: (21) c. Solitæ. § 1. v. Quod autem. De Majorit: & Obedient: (22) Fagnan: loc: cit: n. 35. Clemen: Præsenti: De Censib: Abb: in d. c. Non minus: n. 7. (23) d. c. Non minus: ibi - Sive quidem fossata - can: Generaliter: § Novarrum: 16. q. 1. l. Placet: C. de Sacrosanct: Eccl Fagnan: loc: cit: n. 15. (24) d. l. Munerum: l. Maximarum: ff: de excusat: munerum. (25) Abb: in d. c. Non minus: n. 14. vers Quædam verò munera. Fagnan: loc: cit: (26) Hostien: in d. c. Non minus: n. 9. (27) Clemen. Quia contingit: De Religios: Domib: l. Omni. C. de Episc: & Cleric: (28) c. Nimis in qua c: Nimis prava: De Excep: Prælat: (29) d. Clemen: Quia contingit:

Corollarium 2dum.

A Præſtatione gabellarum, vectigalium, teloniorum, quidagiorum, pedagiorum, &c: immunes quoque eſſe Eccleſias, Eccleſiaſticaſq; Perſonas, & ipſarum etiam in ſpecie proprias (1) ac Patrimoniales res: etiamſi ejuſmodi gabella pro annona Civitatis impoſita fuerit. Quamvis enim cauſa, propter quam impoſita eſt talis gabella reſpiciat pietatem & communem utilitatem: nulla enim eſt major pietas, quàm pauperes & Patriam (2) ſublevare, & Clerici (3) ſunt membra Reipublicæ, ratioq; naturalis poſtulat, ut Reipublicæ indigenti opem ferant; utilitas itidem eſt communis, cùm ex utilitate annonæ tam Clerici quàm Laici commodum ſint ſenſuri. Cæterum quia Clerici tenentur quidem ſub-

venire

venire Reipublicæ indigenti in præcipuo eorum actu & (4) Ministerio, ideſt in Divinorum Officiorum celebratione, in Sacramentorum administratione, & ſimilibus, quorum ratione Divino & Humano Jure exempti ſunt ab exactionibus (5) ſæcularibus, ſequitur eoſdem exemptos & immunes quoque manere à contributione gabellarum, vectigalium, &c: Et ſicut laici, licèt & ipſi ſint membra Corporis Myſtici Eccleſiæ non tenentur præſtare Epiſcopo charitativum ſubſidium, aut procurationem, vel ſimilia onera obire, quæ ad Eccleſiaſticos ſpectant: ita & è converſo nec Eccleſiaſtici ſubire debent onera Sæcularibus incumbentia. Alioquin ſi Clerici ex eo, quòd ſint Reipublicæ membra, tenerentur univerſa Reipublicæ onera perinde ac Laici ſubire, longè deterioris eſſent conditio-

ditionis quàm laici ipsi: quia præter contributiones ad quas Laici tenentur, obstricti etiam essent ad onera ac subsidia Episcopo, nec non Ecclesiæ debita, atq; alia spiritualia, à quibus laici immunes existunt.

Excipitur tamen casus - *nisi negotiationis causâ* - (6) ob quem à præstatione gabellarum, vectigalium, teloniorum &c: res Clericorum non eximuntur. Negotiari verò dicitur ille, qui more Mercatorum rem aliquam, mutatione, emptione, aut alio contractu acquirit, & comparat eo animo, ut eam revendendo (7) lucrifaciat. Quando verò Clericus emit aliqua eô animô, ut eis utatur ac fruatur, licèt postea animô mutatô & ex accidenti vendat, sicuti non dicitur (8) negotiari, ita nec ad præfata onera teneri. Sicut non esse negotiato-

rem,

rem, nec ad vectigal, vel gabellam teneri Clericum v. g. Parochum, aut alium Beneficiatum, qui redditus & fructus Beneficii sui, v. g. frumentum, vinum, oleum, lanam, animalia &c: (9) vendit. Porro etsi dum Clericus vendit fructus suos, ad gabellam teneatur Laicus emens, non tamen ad eandem teneri (10) Clericum vendentem.

(1) *c. Quanquam. De Censib: in 6to. & ibi Barbos. Guttierez. de Gabell. q. 8. per tot: Fagnan: loc: cit: n. 45. Pignatell: tom: 2. consult: 54. n. 85. & 102. Sacr: Congr: Immunit: in Urbinaten: 16. Julii. 1627. ibi* - Ecclesiastici non possunt gravari à prætensa Gabella Communitatis - *Eadem in Vicent: 15. Septemb: 1632. ibi* - Clericus non potest sponte solvere Gabellas à Laicis impositas - *Et in Camerinen: 24. Maii. 1627.] ibi* - Patrimonium Sacerdotum gaudet exemptione à Gabellis - (2) *can: Fortitudo: can: Non inferenda. 23. q. 3.* (3) *can: Duo sunt. 12. q. 11.* (4) *can: singula dist: 89.* (5) *d. c. Quanquam. de Censib: in 6to. c. 1. & 3. eod: cum Concordat: Fagnan: loc: cit: n. 49.* (6) *cit. c. Quanquam De Censib: in 6to.* (7) *Guttierez. loc: cit; q. 9. n. 16.* (8) *Sylvest: v: Excommu-*

nica-

nicatio: n: 46. in fin: Navar: in Manuali cap: 27 n: 128. & alii: communiter: (9) Guttierez loc: cit: n 36. & 37. Barbos: in c: Quanquam: de Censib: in 6. (10) Reinffenst: Jur: Canon: lib: 3. tit: 49. § 10. n: 252.

Corollarium 3tium.

NOntantùm ab ordinariis tributis, exactionibus, collectis & oneribus immunes & exemptas esse Ecclesias & Ecclesiasticas Personas, ac Bona ipsarum quælibet, verùm etiam à novis & extraordinariis, etiam illis, quæ ob bonum commune Reipublicæ in casu necessitatis tam Clericos, quàm Laicos tangentis (1) imponuntur, ita ut quacunque necessitate etiam belli, famis, pestîs emergente, ab eis vel Bonis ipsarum nihil exigi possit, nisì certæ à Sacris Canonibus requisitæ conditiones necessitatis concurrant. Si enim Ecclesiæ & Ecclesiasticæ Personæ ac bona ipsarum Immunitate

tate Reali & Perſonali tantùm gauderent extra caſum neceſſitatis communis, hæc eis parum prodeſſet cùm tributa, collecta, exactiones non; niſi ob Bonum commune imponi poſſint, & Principes Sæculares in quovis caſu commune Bonum facile allegarent. Et quamvis *Ripa in tract: de peſte: tit: de remed: ad conſerv: ubert: n. 229.* teneat, ad Collectas, quæ ob peſtem imponuntur, teneri etiam habentes exemptionem generalem ab oneribus perſonalibus, realibus & mixtis, dummodo tamen urgeat neceſſitas, & reſpectu Clericorũ compulſio fiat ab Ordinariis: id tamen decidit tantùm in terminis Juris (2) Civilis; verùm ſecundum diſpoſitionem Sacrorum Canonum, quæ ſola attendi debet in hac materia Immunitatis Eccleſiaſticæ à collectis & oneribus laicalibus, non ſufficit ſola utilitas Lai-

corum & Clericorum communis, ſed præterea requiruntur certæ aliæ conditiones, de quibus *ſequenti Corollario.* Itaq; qui ſentiunt ſolam communem utilitatem ſufficere ad hoc, ut Eccleſiaſtici ab Ordinariis Locorũ cogi poſſint ad collectas pro neceſſitatibus publicis inductas, hallucinantur, cùm id pertineat ad Juris Canonici (3) diſpoſitionem. Et Leges, quæ ſtatuunt in res & Perſonas Eccleſiaſticas, præſertim adimendo vel limitando Immunitatem illis Jure Divino vel Conſtitutione Eccleſiaſtica attributam, non valent (4) ex defectu Juriſdictionis, ſecundum communem Theoricam. Quod idem intelligendum eſt de neceſſitate etiam tempore (5) belli, quia & tunc deficientibûs conditionibûs non tenentur Clerici, quidquam contribuere.

(1) *Abb.*

(1) *Abb. c. fin: de vita & honesta Cleric: n. 12. & in c. Non minus. de Immunit. Eccles: n. 3. Pignatell. tom: 3 consult: 15. per tot Fagnan: in c. Non minus. de Immunit: Eccles: à. n. 45. Barbos. ibid: n. 4.* (2) *l. 1. C. ut non lic: in empt: specier: se excusar: l. 2. C. Quibus muner nem: lic se excus: l. ad instructionem. C. De Sacros: Eccles:* (3) *Fagnan: loc: cit: n. 58. & sequ:* (4) *c. Ecclesia S. Mariæ de Constit: c. fin: de solut: Abb: in d. c. Non minus. n. 20* (5) *Fagnan. loc. cit: n. 60. Reinffenst: Jur: Canon: lib: 3. tit: 49. § 10. n. 253.*

Corollarium 4.tum.

CErtas requiri conditiones, ad hoc, ut Ecclesiastici ad sublevãdas cõmunes necessitates contribuere (1) teneantur. Et quidẽ *1mo* requiritur gravis (2) necessitas aut utilitas: quare non sufficit quæ vis necessitas, sed necesse est, ut sit (3) necessitas maxima aut utilitas, & pendet ex arbitrio Episcopi cum Clericis (4) hoc Judicare. *2do.* requiritur, ut necessitas vel utilitas sit (5) communis, tam Clericos quã Laicos tangens, & ita permixtim Clerici tenentur contribuere simul cũ Laicis v.g. ad aggeres, qui fiunt

juxta mare, vel flumina propter timorem inundationis agrorum, ad evitandum rapinas, incendia, captivitates, & his similia. Hinc non sufficit necessitas & utilitas etsi communis, solos tantùm Laicos concernens, multò minus unum aut alterum tangens, sed necessario debet esse necessitas communis simul Laicorum & Clericorum. *3tio.* requiritur, ut ad sublevandam talem communem gravem necessitatem, Laicorum facultates (6) non sufficiant. Sed antequam deveniatur ad Clericos, prius discutienda (7) sunt Bona, non tantùm communia Reipublicæ, ac Communitatum Laicalium, sed etiam singulorum Civium, idq; non Physicè sed moraliter. *4to.* requiritur, ut Episcopus (8) cum Clero priùs conferat, deliberet, examinet, ac judicet, an necessitas communis tanta sit, ut Laicorum

corum facultates non ſufficiant, con-
ſequenter etiam de Bonis Eccleſia-
rum & Perſonarum Eccleſiaſtica-
rum ſuccurrendum videatur? Unde
in tali caſu non ſufficere delibera-
tionem (9) Epiſcopi cum Capitulo
Cathedrali, multò minus ſolius E-
piſcopi: tum quia concurſus Cleri
requiritur (10) hìc ad formam; tum
quia quod omnes tangit, ab omni-
bus debet (11) approbari, & in
tangentibus totum Clerum non ſuf-
ficit Epiſcopum (12) habere con-
ſenſum ſui Capituli, ſed oportet,
ut interveniat conſenſus Cleri, licèt
probabile (13) eſſe, ut ſufficiat, ſi
Epiſcopus cum Capitulo deliberet,
quia nomine Clericorum etiam
ſolet intelligi (14) Capitulum. *510.*
requiritur, ut contributio ab Eccle-
ſiis ac Perſonis Eccleſiaſticis ſpon-
te ac ſinè ulla exactione ſeu com-
pulſione Laicali (15) fiat. Ad hoc
enim

enim Clerici non ſunt (16) per ſæcularem, ſed per Eccleſiaſticum Judicem, de cujus foro ſunt Perſonæ, licèt res ſint de foro Laici, compellendi. Quòd ſi in tali caſu, neceſſitatis debitîs conditionibûs veſtito Epiſcopus unà cum Clero contribuere recuſaret, nec tunc compellere, aut vim inferre poſſet Princeps Laicus, ſed ad Pontificem recurrere deberet; nisì eſſet periculum in mora: tunc enim concurrentibûs requiſitîs conditionibûs ſi Epiſcopus cum Clero ad ſublevandam neceſſitatem concurrere recuſaret, etiam compellere & neceſſariam vim inferre (17) poſſet Princeps Laicus. Tum quia cenſetur adeſſe præſumpta voluntas Papæ. Tum quia neceſſitas non habet (18) legem. Tum quia ſubintrat Jus naturale, quo Reſpublica Jus (19) habet ad ſe protegendum etiam con-

tra

tra Ecclesiasticos, si hi suis partibus satisfacere nolunt. *6to.* requiritur, ut Romanus Pontifex priùs (20) consulatur: non tantùm enim, Laici exigendo, sed etiam Clerici sponte solvendo, exactiones quascunque, & Episcopi concedendo aut consentiendo (21) ut solvantur, illicitè & invalidè agunt, si non, adest consensus Summi Pontificis. Neque enim possunt Clerici renunciare (22) privilegio in favorem, totius Ordinis & Statûs Clericalis concesso, neque Episcopus eidem, derogare (23) aut præjudicare, cùm inferior in Legem Superioris nullam habeat potestatem. Nisì sit periculum in mora, & Pontifex tam citò adiri non possit: tunc enim si cæteræ conditiones adsunt, sufficeret consensus (24) Episcopi & Cleri. Cæterum si diutiùs contributio continuanda erit, Papa (25) adiri de-

ri de-

ri debet, non obſtante, quòd eadem ſinè conſenſu Papæ, urgente moræ periculo fuerit incepta. Et quemadmodum urgente moræ periculo abſq; conſenſu Papæ exactiones fieri poſſunt, ita etiam abſq; conſenſu Epiſcopi & Cleri fieri poterunt, ſi urgens neceſſitas & moræ periculum etiam Epiſcopum adire non patitur, utì contingere poteſt tempore belli, ubi non ſufficiente auxilio Laicorum exiguntur, ut Perſonæ Eccleſiaſticæ cum curribus & equitibus, vel annona &c: concurrant ad evadendum imminens periculum Laicis & Clericis commune.

(1) *d. c. Non minus. c. Adverſus. Extravag: quod olim. De Immunit: Eccl: Bulla Canæ Domini.* § *18 Reinffenſt: loc: cit: n. 254. Fagnan: in d. c. Non minus. n. 23. & ſeqq.* (2) *d. c. Adverſus. & c. Non minus. & ibi Fagnan: n. 25. Butrius n. 8.* (3) *Butrius loc: cit: n. Abb: in d. c. Non minus. n. 5. v. ſecundo requiritur.* (4) *text: in d. c. Non minus. & ibi gloſ: in v. Tantam.* (5) *arg: d. c. Non minus. & d. c. Adverſus. Fagnan: loc: cit:*

loc: cit. n. 26. Abb: loc: cit: n. 18. (6) *d. c. Non minus. & d. c. Adversus. & d. Extravag: Quod olim. Fagnan: loc: cit: n. 30.* (7) *Indultum Urbani VIII. pro Ducatu Mediolanen: ap: Marchin: de Peste p. 4. cap: 4. n. 29. & pro Civitate Panormitana ap: Delbene de Immunit: cap: 5. dub: 20. n. 7. & Clementis VIII. pro Florentinis ap: Martham de Jurisdict. p. 4. Centur: 1. casu 1. n. 49. ubi Pontifices mandant Nuntiis & Ordinariis,* ut discussîs priùs facultatibûs Communitatum ac Universitatum & hominum sive Laicorum, & hîs inventîs non sufficere, cogant Ecclesias & Ecclesiasticos ad contributionem faciendam. (8) *cit: c. Adversus. & c. Non minus. ubi Abb: n. 5. & Fagnan: n. 23.* (9) *arg: Clemen: 1. & 2. de Censib: Abb: & Fagnan: loc: cit:* (10) *cit: c. Adversus. Reinffenst: loc: cit: 258.* (11) *c. Quod omnes. De Reg: Jur: in 6to.* (12) *d. Clemen: 1. & 2. de Censib: Abb: in d. c. Non minus n. 5. Fagnan: loc: cit:* (13) *Suarez lib: 4. de Immunit: Eccles: cap: 26. n. 16.* (14) *arg: c. 1. de Censib: & ibi glos:* (15) *arg: d. c. Non minus. & c. Adversus. Fagnan: loc: cit: n. 31. Hostien: in d. c. Non minus. n. 12. in v. Coactione.* (16) *Hostien: loc: cit: n. 11. Fagnan: loc: cit:* (17) *Pignatell: tom: 3. consult: 15. n. 37. Reinffenst: loc: cit: n. 261.* (18) *c. Quod non est. de Reg: Jur:* (19) *Reinffenst: loc: cit:* (20) *d. c. Adversus. & d. Extravag. Quod olim. Bulla Cænæ Domini § 18. & Urbani VIII. quæ Incipit* - Romanus Pontifex - § *6.* (21) *Abb: in d. c. Adversus. Pignatel, loc: cit: n. 35. arg. Extravag: un: de Immunit.*

munit. Eccles: (22) *arg: c. Si diligenti: De for: compten:* (23) *arg: Clemen: Ne Romani De Elect:* (24) *Abb in d. c. Non minus. n. 19. Pignatell: loc: cit n. 37. Sylvest: v. Immunitas. 1. n. 20.* (25) *Reinffenst. loc. cit. n. 260.*

Corollarium 5tum.

INdubitati Juris est, teneri Clericos ad illa onera, quæ rei propter rem ipsam absq; intuitu Personæ possidentis constanter & perpetuò ex natura rei, vel ex contractu, pactove (1) inhærent. Quia cùm suæ quisque rei Moderator atq; Arbiter (2) existat, potest ei onus pro libitu imponere, ita ut transeat cum re ad quemvis (3) Possessorem. Similiter si Ecclesia vel alius locus pius, aut Ecclesiastica Persona emptione, mutatione, legatô, aliove legitimô titulô acquirit domum, agrum, prædium, aliamve rem Feudalem vel Emphyteuticam, aut res allodialis eisdem in Emphyteusim

vel

vel Feudum concedatur, tenetur ad onera ratione Feudi vel Emphyteusis tali rei inhærentia. Pariter si quis Dominus ex privata sua dispotione aliquam rem perpetuo onere gravavit, ita v. g. ut omnis futurus Successor teneatur ad certam pensionem huic vel illi, pro hac vel illa causa præstandam &c: tenetur ad hoc onus Ecclesia, Ecclesiasticaq; Persona, si quando ad eam res transit. Quemadmodum si quis Monasterio, Ecclesiæ, aliive loco pio legat, donat, &c: prædium, domum, &c: hac conditione aut pactô: ut v.g. de eodem prædio detur huic vel illi, ad hanc vel illam causam &c: pensio, vel etiam ut eodem solvatur Principi consuetum ordinarium Tributum, priùs de eodem solvi solitum, omnino ad tale (4) tenebitur Ecclesia, aliusve locus pius, aut rem accipere non poterit.

Ni-

Nihilo tamen minus ut Principes & Domini Territoriales exigant ab Ecclesiis, Monasteriis, Clericis, bonisque eorum præsertim de novo acquisitis, ac de Patrimonialibus eorundem exactiones, tributa, tam ordinaria, quàm extraordinaria, gabellas item ac vectigalia &c: nullum solidum fundamentum, aut justus titulus invenitur. Nam vel esset dispositio Legum Civilium, vel consuetudo saltem immemorialis, vel Privilegium Apostolicum, vel quia Leges Ecclesiasticæ pro Immunitate facientes, alicubi non fuere receptæ, aut non promulgatæ. *Non dispositio Legum Civilium*: quia si quæ reperiantur Leges Civiles, hæ sunt pro Ecclesiis & Personis Ecclesiasticis (5) universaliter facientes & ad favorem Immunitatis concordandæ ac interpretandæ veniunt: cùm odia restringi & favores con-

veniat

veniat (6) ampliari. Dein si quæ Leges Civiles in contrarium militarent, nihil Principibus Sæcularibus prodessent; cùm in materia Immunitatis Ecclesiasticæ neutiquam dispositio Civilis, sed Canonica (7) sit attendenda. *Non consuetudo etsi immemorialis:* quia Immunitas Realis & Personalis est Juris (8) Divini, contra quod non valet (9) consuetudo. Tum quia Consuetudo contra Immunitatem Ecclesiasticam etiam quò ad Bona propria Clericorum vocatur (10) corruptela. Tum quia quævis consuetudo etiam immemorialis singulîs annîs revocatur per Bullam Cænæ Domini. *Non Privilegium Apostolicum:* quia si quo aliquibus datum esset, non ampliùs valeret: cùm omnia etiam Imperatoribus & Regibus concessa Privilegia, Immunitati Ecclesiasticæ adversantia, sint revocata, & etiam-

num

num singulîs annîs revocentur per Bullam (11) Cænæ Domini, ac specialiter per Bullam (12) Urbani VIII. Nec demum juvat, quòd *Leges & Constitutiones pro Immunitate facientes, non sunt promulgatæ vel receptæ.* Etenim juxta omnes Jus Canonicum ubique censetur sufficienter promulgatum. Tum quia Bulla Cænæ Domini pro Immunitate vel maximè faciens, & antiquos Canones, renovans, singulîs annîs solemnissimè ac sufficientissimè promulgatur, quam non recipere non est in potestate ullius, cùm quivis legem justam non accipiens graviter peccet. Et patet ex allegata Bulla (13) Urbani VIII. Ac tandem, cùm Immunitas Realis, Personalis sit de Jure Divino, utique illud recipere, & ei accommodare quisque tenetur.

(1) *Abb. loc. cit. n. 15. in fin. Fagnan. loc. cit. n. 9.* (2) *l. In re mandata C. Mandati.* (3) *c. Cum non sit. de Decim. c. Ex literis. de Pignor.*

(4) *Re-*

(4) *Reinffenſt. loc. cit. n. 275.* (5) *Authen. Item nulla. C. de Epiſcop. & Cleric.* (6) *c. Odia. De Reg. Jur. in 6to.* (7) *arg. c. Eccleſiæ S. Mariæ. de Conſt.* (8) *Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 20. de Reform. ibi* - Eccleſiæ & Perſonarum Eccleſiaſticarum Immunitatem DEI Ordinatione & Canonicîs ſanctionibûs conſtitutam eſſe- *& vide ſupra.* (9) *c. fin. De Conſuet.* (10) *c. Quanquam. de Cenſib.* (11) *Bulla Cœnæ Domini. § 25.* (12) *Bulla Urbani VIII.* -Romanus Pontifex - *quæ eſt 159. Conſtitutio dicti Pontificis in in Bullario Cherubini.* (13) *d. Bulla Urbani VIII. § 4. ibi* - etiam ſub prætextû quòd Bullæ ſeu Conſtitutiones Apoſtolicæ, non fuerint publicatæ vel uſu receptæ, aut contrario uſu etiam decennali, & quantumlibet longiſſimo, ut prætenditur abrogatæ &c: - *Et ad finem additur* - Quæ ſic publicatæ & affixæ omnes & ſingulos quos concernuut, arctent & afficiant, perinde ac ſi illorum unicuiq; perſonaliter intimatæ & notificatæ fuiſſent. -

Concluſio IV.

VIolatores Immunitatis Eccleſiaſticæ multis pœnis in Jure expreſſis ſubſunt & ſubjacent. (1)

Corolla-

Corollarium 1mum.

PÆnæ violantium *Immunitatem Localem* Ecclesiasticam, seu *Immunitatem Asyli*, respectivè injustè abripientium Reos ab Ecclesia variæ sunt in Jure. Præter enim gravissimum sacrilegium, quod (2) committunt Violatores Immunitatis Asyli, plures incurrunt pænas: nam de Jure Civili censentur (3) Rei criminis læsæ Majestatis. Item jubentur ultimo (4) affici supplicio quæ tamen duæ pænæ usu vel non sunt receptæ, vel contrario usu (5) abrogatæ. *Item* de Jure Canonico incurrunt (6) pænam pecuniariam nongentorum solidorum, vel certè triginta (7) librarum argenti purissimi, pro qualitate delicti & delinquentium conditione, arbitrio Episcopi (8) variandam, & Ecclesiæ læsæ applicandam. *Item* Violatores

Immu-

Immunitatis immunitate (9) non gaudent. *Item* jubentur arbitrio Episcopi publicâ (10) pœnitentiâ mulctari. *Item* incurrunt Excommunicationem (11) ipsô factô, consequenter post Bullam Gregorii XIV. *Cùm aliàs* - latæ (12) sententiæ: quia verba - *ipsô factô* - debent aliquid operari, nihil autem operarentur, si pœnæ essent ferendæ sententiæ. Tum quia pœnæ & Censuræ per Clausulam - *ipsô factô* - illatæ, censentur latæ sententiæ, non tantùm juxta communem DD. sed etiam juxta praxim & stylum Curiæ, qui facit legem.

(1) *d. c. Non minus. ibi* - sub anathematis districtione talia prohibemus - *d. c. Adversus. c. Quanquam. de Censib. in 6to. Clemen. un. Extravag. Quod olim. de Immunit. Eccles. Bulla Cænæ Domini. & Bullâ Urbani VIII.* (2) *can. Miror. can. Frater. can. Quisquis. 17. q. 4. cum. Concordat.* (3) *l. 2. C. De his, qui ad Eccles confug.* (4) *l. Præsenti. C. eod.* (5) *Clarus in Praxi Crimin. § fin. q. 30. n. 1. & comm. DD.* (6)

Solidus in Jure pro aureo sumitur, 72. autem aurei libram auri conficiunt. *l. Quoties. C. de suscept. can. Si quis contumax. 17. q. 4.* (7) *can. Quisquis ead. caus. & quæst.* (8) *glos. in cit. can. Si quis contumax, v. Componat.* (9) *can. Frater. 17. q. 4.* (10) *can. Nullus Clericorum. & can. Si quis contumax. 17. q. 4. ibi* - Et ipse publicâ] pænitentiâ judiciô Episcopi mulctetur (11) *can. sicut antiquitus. can. Miror. can. Frater. can. Nullus. can. Diffinivit. 17. q. 4. can. Concordant Conc. Trid. sess. 25. cap. 20. de Reform. cit. Bulla Gregorii XIV.* - Cùm aliàs - *n. 8.* (12) *Bonacina tom. 2. disp. 3. q. 7. punct. 8. n. 3. Farinac. in Appendice de Immunit. cap. 20. n. 113. Reinffenst. loc. cit. § 8. n. 215.*

Corollarium 2dum.

VIolatores Immunitatis Juris Asyli, ad hoc, ut pænas Juris, præsertim Excommunicationem incurrant. *1mo.* Sunt omnes & singuli, quacunque Authotitate præditi, qui aliquem etiam excepti criminis certo Reum, in Asyli loco existentem capere, extrahere vel incarcerare, audent & præsumunt, isti omnes & singuli graviter violant Immunitatem,

tem, & ipsô factô incurrunt pænas Juris, præsertim (1) Excommunicationem Majorem. 2do. Immunitatem violant, & pænas Juris præfatas ipsô factô incurrunt, qui capere, extrahere, aut incarcerare (2) tantùm tentaverint, effectu non secuto; v. g. qui Ecclesiam, Monasterium, aut alium locum pium ingressi, Reum, ut capiant, extrahant, aut incarcerent, perquirunt, etsi non inveniant: vel qui invenerunt quidem, sed ob corporalem resistentiam à Reo, aut Ecclesiæ Rectore factam capere, aut extrahere, vel incarcerare non potuere: vel qui animô capiendi, extrahendi, vel incarcerandi Reum, admovent manum violentam januæ loci sacri, quamvis ob resistentiam aperire & intrare non valeant &c: Hinc etsi aliæ pænæ legales intelligendæ (3) sint secuto effectu, secus tamen est, si

lex etiam ipſum conatum expreſsè punire vult, utì hic. 3tio. violant Immunitatem, & dictas pænas ipſô factô incurrunt, etiam illi, qui in loco Aſyli capiunt, extrahunt, aut carcerant (4) volentem, conſentientem, ac permittentem, ſicque Juri ſuo ac Privilegio renuntiantem; etiam illi & vel maximè, qui tale quid mandant, Violatores Immunitatis exiſtunt, & pænas (5) Juris, præſertim Excommunicationis ipſô factô incurrunt. Tum quia effectus potiùs imputatur (6) Mandanti, quàm Mandatario ſeu exequenti. Tum quia Bulla Gregoriana aliàs facile eluſoria redderetur, ſi Mandantes extrahere, capere, aut incarcerare, cujuſcunque Dignitatis ac Poteſtatis Sæcularis, forent immunes à pænis. Et ſi Violator Immunitatis Aſyli contra ſententiam declaratoriam Epiſcopi appel-

lave-

laverit, non est admittenda (7) appellatio, donec prius Ecclesiæ fuerit satisfactum.

(1) *Bulla Gregorii XIV.* - Cùm aliàs - §. 4, *ibi* - sinè expressa Episcopi vel ejus Officialîs licentia capere, extrahere aut incarcerare præsumant - *dein* § 8. *subjungitur* - Quod si quis quavis dignitate quidquam contra hujus Constitutionis tenorem attentare præsumpserit, ipso facto incurrat pænas Juris contra Violatores Immunitatis statutas - (2) *Farinac. loc. cit. n. 322. Peregrinus de Immunit. cap. 14. n. 7. l. 2. & ibi glos. v. tentaverit. C. de his, qui ad Eccles. confug. l. pateant. l. præsenti. C. eod. & d. Bulla Gregorii XIV. § 8.* (3) *can. Hoc autem. dist. 1. de Pænitent.* (4) *Pignatell. tom. 9. consult. 2. n. 29. Farinac. loc. cit. cap. 19. n. 306. Reinffenst. loc. cit. § 8. n. 218.* (5) *Farinac. loc. cit. cap. 20. n. 324. Marc. Anton. Genuens. in Praxi Episcop. cap. 26. n. 7. Reinffenst. loc. cit. n. 219.* (6) *arg. c. Ut famæ. § Laici. De sent. Excom. c. Mulieres. eod.* (7) *Pignatell. Tom. 2. consult. 60. n. 62. ubi plures Declarationes allegat his verbis* - Appellatio declaratoria Censurarum in materia violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ non admittitur, nisì priùs Ecclesia quò ad suum honorem fuerit in integrum restituta. - *S. Congr. in Neapol. 11. Octobr. 1617. & Lipar. 4. Julii. 1620. & Syracus. 19. Julii 1622.*

Corol-

Corollarium 3tium.

PRæter prædictas pænas, quas Violatores Immunitatis Asyli incurrunt, numerant etiam Doctores restitutionem malè extracti, aut extraditi; vi enim extractus ab Ecclesia, aliove Asyli loco, omnino restituendus est iterum (1) loco sacro unà cum omnibus bonis inde abstractis & compensatione damni exinde consecuti ipsi Reò vel aliis. Neq; cessat aut suspenditur restituendi obligatio, si Judex Sæcularis velit præstare juramentum (2) ac sufficientem cautionem de non infligenda pæna mortis, aut alia corporali: quia Ecclesia spoliata ante omnia est (3) restituenda. Imò etiamsi Judex Sæcularis se offerat ad probandum (4) delictum esse exceptum, aut licèt hoc re ipsa probet, vel notoriè constet, Reum

commi-

commisisse delictum exceptum. Sive vi expulsiva, sive compulsiva, extrahatur, sive timore cadente in Virum constantem per Judicem injustè incusso, sivè dolo, fraude, mendaciis inductus ipsemet (5) exeat, sive ipse Reus volens è loco sacro (6) extrahatur: ipse enim Privilegio Locali (7) renuntiare non potest. Et ejusmodi restitutio extracti debet fieri (8) solemniter & publicè ipsi Ecclesiæ (9) violatæ, & sicut non sufficit restitutio facta alteri, Ecclesiæ, ita multò minus sufficit facta Episcopo, vel ejus Vicario (10) Generali: quia Episcopus non est Dominus, sed tantùm Procurator (11) Ecclesiæ, consequenter remittere non potest injuriam factam (12) Ecclesiæ; & debet fieri per eos (13) qui extraxerunt: cùm peccata suos debeant tenere (14) Authores. Neque sufficit excarce-

ratio

ratio ac dimissio male (15) extricti, sed requiritur, ut per extrahentes necessariò reponatur in Ecclesia, seu loco, quo fuit extractus.

(1) *Farinac. loc. cit. cap. 2. n. 48. & seqq. Fagnan. in c. Inter alia. n. 10. de Immunit. Eccl. Pignatell. tom. 1. Consult. 172. arg. can. Miror. 17. q. 4. ibi* - Ecclesiæ igitur revoca, qua irreligiosissimus rapuisti - *can. Sicut Antiquitus. ead. Caus. & quæst.* (2) *Farinac. loc. cit. Sylvest. v. Immunitas. 3. n. 11. Covarruv. lib. 2. Variar. Resolut. cap. 20. n. 6.* (3) *arg. c. Inter. c. Conquærente. De Restit. spoliat.* (4) *Farinac. loc. cit. n. 51. d. Bulla Gregorii XIV. §. 4. & 9. Reinffenst. loc. cit. § 8. n. 204.* (5) *Farinac. loc. cit. n. 53. & 54. Reinffenst. loc. cit.* (6) *Farinac. loc. cit. n. 51. Pignatell. loc. cit. n. 8.* (7) *Sacr. Congr. ap. eand. Pignatell. loc. cit. in una Cujacen. 20. Novembr. 1640. ibi* - Sacra &c: respondit rescribendum esse Vicario, ut faciat restituere Oratorem eidem Ecclesiæ, à qua fuit extractus, cùm non poterit per renuntiationem ipsius præjudicare Ecclesiæ - (8) *Pignatell. loc. cit. n. 7. citans. Peregrin. de Immunit. cap. 15. n. 26.* (9) *can. Miror. 17. q. 4. Sacr. Congr. Immunit. ap. Pignatell. tom. 6. constit. 172. n 5. in Salernitana. 7. Maii. 1630. & in Neapolitana 21. April. 1641. & in Mediolanen. 28. Novembr. 1634. l. 1. § hoc interdict. ff. De vi & vi armata. c. Constitutionibus & ibi glos. v.*

Posses-

Possessionem. De Offic. (10) Pignatell. loc. supra Deleg. cit. n. 9. Reinffenst. loc. cit. n. 207. (11) can. fin. 12. q. 1. (12) glos. in can. Si is. v. Possumus. 23. q. 4. (13) Pignatell. Peregrin. loc. cit. (14) l. Sancimus C. De Pœnis. ç. Quæsivit. de his, quæ fiunt à Major. part Capit. (15) Pignatell. loc. cit. n. 10. adducens Declarationem Sacr. Congr. in una Mediolanen. 23. Febr. 1638. ibi – Scribatur Eminentissimo Archi-Episcopo, ut Oratorem faciat restituere eadem Ecclesiæ, à qua fuit extractus, nec sufficere excarcerationem pro reintegratione violatæ Immunitatis Ecclesiæ –

Corollarium 4tum.

VIolantes *Immunitatem Realem* & *Personalem*, missô gravissimô peccatô sacrilegii, incurrunt infrà specificatas pænas. *1mo.* Omnia illorum Acta contra Immunitatem sunt (1) nulla & irrita. *2do.* tenentur restituere (2) omnia, quæ ab Ecclesiis, Ecclesiasticisq́; Personis, ac Bonis earum exegerunt: quidquid enim injustè acquiritur, restitui debet, per vulgaria. *3tio.* incurrunt

ipso

ipso Jure & factô gravissimam pœnam (3) Excommunicationis.

Violatores ejusmodi *Immunitatis Realis* & *Personalis* sunt, & dicuntur ad hoc, ut pœnam Excommunicationis incurrant omnes & singuli, cujuscunq; Statûs, Conditionis & Dignitatis, tam qui per se, vel per alios, directè vel indirectè, Ecclesiis, Ecclesiasticisq; Personis, aut Bonis earum tallias, collectas seu exactiones quascunq; (4) qui Pedagia, Quidagia, aut Vectigalia etiam pro rebus propriis (5) Clericorum, & in universum qui quascunq; exactiones aut onus Ecclesiis ac Ecclesiasticis Personis, Bonisq; earum imponunt, seu exigunt ab eis: quàm qui ea, quæ exegerunt, aut imposuerunt à sponte dantibus seu concedentibus (6) recipiunt: & qui in iisdem auxilium, consilium, vel favorem (7) præstare non verentur: & etiam

& etiam Miniſtri ac Conſiliarii id conſulentes, ſuadentes, aut iniqua adulatione approbantes, ſicque faventes; item inferiores Officiales, utì Præfecti aut particularium locorum Judices per ſe aut per alios exequentes: item ipſi infimi ſervi, aut famuli, lictores, vel ſatellites vel etiã Milites directè vel indirectè exequentes, aut ad executionem juvantes ipſô factô Excommunicationi (8) ſubjacent. Inſuper Violatores *Immunitatis* præſertim *Perſonalis* exiſtunt, & excommunicationem incurrunt omnes & ſinguli per ſe vel per alios, authoritate propria, aut de facto quarumcunq; exceptionum vel aliarum gratiarum & litterarum Apoſtolicarum prætextu Beneficiales, & Decimarum, ac alias Cauſas Spirituales & Spiritualibus annexas, ab Auditoribus & Commiſſariis Papæ, aliiſq; Judicibus Eccleſiaſticis

avo-

avocant, illarumve curſum & audientiam, ac Perſonas cauſas ipſas proſequi volentes, necnon executionem Litterarum Apoſtolicarum quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id favorem & aſſenſum (9) præſtant.

(1) *Covarruv. Practic. quæſt. cap. 33. n. 2. Bulla Cœnæ Domini. n. 23. & comm. DD.* (2) *Reinffenſt. loc. cit. § 11. n. 276. Bulla Cœnæ Domini § 23.* (3) *c. Non minus. c. Adverſus. Extravag. Quod olim. De Immunit. Eccleſ. c. Quanquam de Cenſib. in 6to. Clemen. un. de Immunit. Eccleſ.* (4) *d c. Non minus. & c. adverſus. & c. 1. eod. in 6to. Bulla Cœnæ Domini § 18. & Bulla Urbani VIII.* - Romanus Pontifex - *§ 6.* (5) *c. Quanquam. de Cenſib. in 6to.* (6) *cit. Bulla Urbani VIII. § 6. ibi* - Etiam à ſponte dantibus vel contribuentibus - *& Bulla Cœnæ Domini § 18. ibi* - Aut ſic impoſita etiam à ſponte dantibus & concedentibus recipiunt - (7) *Bulla Cœnæ Domini § 18. d Extravag. Quod olim. de Immunit. Eccleſ. ibi* - Et dantes auxilium, conſilium & favorem - (8) *d. Bulla Cœnæ Dñi.* (9) *d. Bulla Cœnæ Domini n. 14. & ſeqq.*

Corollarium 5tum.

TAm ab Excommunicatione contracta ob violatam (1) Immunitatem

tatem *Iuris Asyli*, quàm *Immunitatis* (2) *Personalis* & *Realis*, extra articulum mortis nullum præter Romanum Pontificem absolvere posse. Imò etiam in articulo mortis nullus absolvere potest, nisì Violatores (3) priùs cautionem præstent, quòd satisfacere seu restitutionem facere, & mandatis Ecclesiæ stare velint. Et si à Sede Apostolica facultas absolvendi ab eadem excommunicatione delegatur, non nisi Episcopis (4) conceditur; & quemadmodum ab Excommunicationis hujusmodi absolutione omnino abstinere debent Episcopi, multò magis (5) Regulares, quamvis gaudeant privilegiô absolvendi à casibus Papæ reservatis: hic enim casus non immeritò annumeratur casibus Bullæ Cænæ, à quibus etiam vî Privilegiorum absolvere nequeunt Regulares. Neq; absolutio datur, nec

dari

dari poteſt, & data non valet, neq; prodeſt, à præſata Excommunicatione, ob violatam *Immunitatem Aſyli* contracta, niſi priùs reſtituto Reo, & facta (6) ſatisfactione læſæ Eccleſiæ. Quod ipſum ſtatuitur (7) contra Violatores *Immunitatis Realis* & *Perſonalis:* niſi priùs à præmiſſis cum vero propoſito ulteriùs ſimilia non committendi deſtiterint, & ſi quæ contra Eccleſiaſticam libertatem ſtatuta fuerint, niſi priùs ſtatuta, Ordinationes, Conſtitutiones Pragmaticas & decreta publicè revocaverint, ex Archivis ſeu Capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri & caſſari fecerint &c: Et ab iſtis præfatis pænis, præſertim ab Excommunicatione incurrenda, nullum privilegium, nulla præſcriptio, nulla conſuetudo etiam immemorialis, nulluſq; alius titulus excuſare (8) poteſt.

(1) *Fa-*

(1) - *Farinac. in Appendice De Immunit. cap. 20. n. 315. Diana part. 6. tract. 1. resolut. 14. Barbos. lib. 2. Jur. Eccl. Univ. cap. 3. n. 167. Pignatell. tom. 2. consult. 59. n. 13. & Declaratio Sacræ Crngr. Immunitatis ap. eundem in Licen. 13. Julii 1538. ibi* - Absolutio à Censuris ex causa violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ est reservata Summo Pontifici - (2) *Bulla Cœnæ Domini. n. 21.* (3) *d. Bulla Cœnæ Domini loc. cit.* (4) *Sacra Congreg. ap. Pignatelli loc. cit n. 17. ibi* - Absolvendi facultas non debet concedi Ordinario inferiori, sed Episcopo viciniori - *& eadem Congreg. 23. Augusti 1632. & n. 31. ibi* - Solis Fpiscopis, non autem Ordinariis inferioribus - (5) *Reinffenst. loc. cit. §. 8. n. 223.* (6) *arg. c. Ex literis. De Constit. c. qua fronte. De Appellat. Declaratio Cardinalium ap. Pignatelli loc. cit. n. 38. ibi* - Absolutio ab Excommunicatione non prodest, nisi secuta restitutione & reintegratione Ecclesiæ - (7) *d. Bulla Cœnæ Domini. n. 23.* (8) *d. Bulla Cœnæ Domini §. 24. & seqq.*

APPENDIX

De Immunitate Ecclesiarum ac Rerum Ecclesiasticarum ex Iure Nostro Regni Poloniæ.

QUoniam turpe est Patritium proprias ignorare leges, quid & quomodo Jus Nostrum Regni Poloniæ de Immunitate Ecclesiarum, Personarum ac Rerum Ecclesiasticarum disponat, opportunum duxi Jura Regni Poloniæ, ac Privilegia Serenissimorum Regum Immunitates & Libertates Ecclesiarum, totiusq; Spiritualîs Statûs defendentium, quas & Ipsi in Confæderationibus Generalibus cum clausulis - *sub fide, honore, & conscientia* - vim juramenti habentibus, tueri, servare, & manutenere appromiserunt, annotare.

CASIMIRUS Dux Poloniæ, *Plociæ*, & *Cujaviæ*, in Privilegio Donationis quarumvis libertatum Statui Ecclesiastico sub Actum in *Dobrzyn* Anno 1255. die 26. Octobris confecto, omnibus Convulsoribus Immunitatis ac Libertatis Ecclesiasticæ, hanc Omnipotentis DEI imprecatur indignationem, ad finem ibi- *Qui verò hanc donationem Ecclesiasticæ Libertatis malitiosè tentaverit violare, cum Datan & Abiron (quos vivos terra absorpsit) accipiat portionem.* -

Jam verò VLADISLAUS JAGELLO (ut omittam anteriores Reges & Duces Poloniæ) in Pri-

in Privilegio suo *Petricoviæ* in Conventione Generali Annô 1434. confecto, dicit apud *Herburt. v. Confirmatio Jurium.* ibi - *Jura, Libertates, & Immunitates, Litteras, & Privilegia Ecclesiastica, quæ à Divæ Memoriæ prælibato Genitore, ac aliis Regibus, Principibus, & Ducibus, & Divis Prædecessoribus Nostris Regni Poloniæ sub quibuscunq; datis, ritè, justè, ac legitimè emanata. Libertates & Immunitates Spirituales in se continentia, in omnibus earum punctis ratificamus, approbamus, & præsentis scripti patrociniô confirmamus, decernentes, illa robur perpetuæ firmitatis obtinere.* -

Id ipsum SIGISMUNDUS AUGUSTUS *Petricoviæ* Annô 1550. *ap. Herburt. loc. cit.* sentit, ibi - *Omnia Jura, Privilegia, Libertates & Immunitates ipsius Regni Nostri Spiritualibus à Prædecessoribus Nostris datas, in omnibus firmiter tenere, servare, & tueri promittimus.* -

Item VLADISLAUS JAGELLO ap: *Herburt. v. Unio.* sic dicit: - *Cæterum omnes Ecclesias Terrarum Lithuaniæ, tam Cathedrales, quàm Collegiatas, Parochiales, & Conventuales, & cæteras in eis erigendas & fundandas, in omnibus ipsarum Libertatibus, Immunitatibus, Privilegiis, Exemptionibus, & Consuetudinibus universis conservamus.* -

Quod ipsum & STEPHANUS BATHOREUS Annô 1576. SIGISMUNDUS III. Annô 1588. VLADISLAUS IV. Annô 1632. JOANNES CASIMIRUS Annô 1649. MICHAEL I. Annô 1669. JOANNES III. Annô 1676. AUGUSTUS II. Annò 1697. &

H Serenissi-

Sereniſſimus AUGUSTUS feliciter regnans ejus Nominis III. Annô 1736 tit: *Confirmatio Jurium.* unanimi contextu Immunitates omnes Eccleſiaſticas confirmârunt ibi - *Libertates, Privilegia, Prærogativas Eccleſiaſticas tam publicarum, quàm privatarum Perſonarum approbamus, roboramus, & confirmamus.* -

In Litteris item juramenti unuſquiſque Sereniſſimorum Regum Poloniæ Jura & Immunitates Eccleſiaſticas ſervaturum ſe appromittit, ſub tali tenore - *Spondeo, quòd omnia Jura, Libertates, Immunitates, Privilegia publica & privata Juri Communi Utriusq; Gentis non contraria, Eccleſiaſticas & Sæculares, Eccleſiis, Principibus, Baronibus, Nobilibus, Civibus, Incolis, & quibuscunq; Perſonis datas, conceſſas, & donatas manutenebo, obſervabo, & cuſtodiam.* -

Præter præmiſſas Sereniſſimorum Regum Poloniæ Confirmationes præſtat huc adducere ex Volumine Legum Regni publicas Ordinum ejuſdem Regni declarationes. Hi enim *Annô 1674. fol. 1. tit. Konfederácya Generálna.* ita ſe obſtrinxerunt - *Ponieważ wßyſtkich Pańſtw ugruntowánie* in vero DEI Cultu & Religione conſiſtit, *przez tę Konfederácyą náßę* Juribus & Privilegiis Orthodoxæ Romanæ & Ritûs Græci Unitorum Eccleſiæ *nikomu* derogare *nie pozwalamy, y owßem przy obronie Kościołá Swiętego* & Immunitatum *onego, przykłádem Przodkow náßych ſtáteczn'e ſię opowiedamy, y przy nich ſtawáć záwße obowięzuiemy.* - Item *Annô 1696. tit. Konfederácya generálna.* ibi -

Pro

Pro fundamento *publicznego ßczęśćia zakładamy*, *że* Jura & Privilegia Orthodoxæ Romano-Catholicæ & Ritûs Græci Unitorum Ecclesiæ *wßystkiemi śiłámi náßemi trzymáć będziemy, y nikomu w nich* derogare *nie pozwolemy.* - Item Annô 1736. *fol. 10. tit. Konfederácya.* ibi- *Ponieważ wßystkich Páństw ugruntowánie y cáłość* in vero DEI Cultu & Sancta Religione consistit, *więc przez tę Konfederácyą náßę* Juribus & Privilegiis Orthodoxæ Romanæ Catholicæ, & Ritûs Græci Unitorum Ecclesiæ *nikomu* derogare *nie pozwalamy, y owßem przy obronie tegoż Kośćiołá Kátolickiego Rzymskiego* & Immunitatum *Jego, przykładem Przodkow náßych obowięzuiemy śię.* - Et paulò inferiùs fol. 11. Jura & Privilegia Orthodoxæ Romano-Catholicæ & Ritûs Græci Unitorum Ecclesiæ, & nullius alterius *wßystkiemi śiłámi náßemi trzymáć będziemy.* -

Huc accedunt propiùs Statuta ac Jura Regni, per quæ Immunitas & Jurisdictio Spiritualium integrè & inviolabiliter conservata & manutenta est. Et *imò.* quòd Sæculares Judices, pænas in Spirituales non decernunt, sed eæ statui debent in Synodo. *Herburt. v. Bellum.* §. *Quando Lustratio.*

2dò. Quòd numerus Armigerorum, quoties ad expeditionem bellicam ituri sunt, ex Bonis Spiritualium, non per Sæculares, sed in Synodo decerni debet. *Herbut. v. Bellum. fol. 36.*

3tiò. Quòd Judices Sæculares contra Personas Spirituales, ut pote privilegiatas nequeunt,

unt, signanter in causis ad Forum Ecclesiasticum spectantibus, citationes decernere. *Herburt. v. Citatio.*

4tò. Quòd Spirituales ad Forum Sæculare, in causa, quæ ad illud Forum non spectat, non sunt evocandi. *Herburt. v. Evocatio.*

5tò. Quòd pœnæ contra Spirituales, evocantes Sæculares ad Forum Ecclesiasticum, statui debere decernuntur in Synodo. *Herburt: v. Evocatio.*

6tò. Quòd Spirituales Judices possunt decernere inhibitiones in causis Juri Spirituali subjectis contra Sæculares. *Herburt. v. Inhibitio.*

7mò. Quòd taxatores Bonorum Spiritualium pro explendo Juramento non ad Judicium sæculare, sed ad Episcopos recurrere tenentur. *Herburt. v. Taxatio.*

8vò. Quòd executio condemnationis super Spiritualem Bonorum Terrestrium Hæredem, non Judicio Sæculari, sed Episcopo Loci est reservata. *Const. Anni 1635. fol. 10. tit. Forum.* Item *Anni 1641. fol. 16. tit. O zabiegách.* ad fin. Item *Anni 1676. fol. 15. tit. Subsidium.*

9nò. Quòd Spirituales habeant liberam Fori electionem. *Herburt. v. Privilegium.*

10mò. Quòd à teloniis Spirituales sunt liberi sub pœna duplici, quam de Teloniatore Spirituali Judex Spiritualis, de Sæculari Sæcularis exigere debet. *Herburt. v. Telonium.*

11mò. Quòd Episcopis inest potestas approbandi Testamenta Nobilium & aliorum Sæcularium, quò ad Legata & pias Causas. *Herburt. v. Testamentum.*

12mo.

12mò. Quòd Spirituales à profectione ad expeditionem bellicam ſunt exempti, ſed locò ſui miſsîs, ipſi officiô ſuô fungantur, Sacrificiîs & Orationibûs DEUM placantes. *Herburt. v. Bellum. fol. 38.*

13tiò. Quòd ad alienationes rerum Eccleſiaſticarum faciendas ex cauſis juſtis, requirunt Lages Regni conſenſum Loci Ordinarii, quo ſinè nihil illæ valere, declarantur. *Conſt. An. 1588. fol. 469. tit. O Domách Kośćielnych.*

14tó. Quòd Epiſcopi non tenentur ad Judices Caſtrenſes deponendi juramenti fidelitatis gratiâ deſcendere, & coram Judicibus Sæcularibus jurare, ſed ad eorum Domos ad auſcultandum idem juramentum Secretariis Regum deſcendere demandatum eſt. *Conſt. Anni 1588. fol. 473. ad fin. tit. Proceſſus contra rebelles.*

15tò. Quòd Spirituales ſunt exempti & Bona eorum Spiritualia ab executione Judicum Sæcularium, ſed executionem ex ipſis Epiſcopi facere debent. *Conſt. Anno 1609. Fol: 890. tit. O mießkániu.*

16tò. Quòd Spirituales à quibuſvis gabellis & contributionibus ſunt exempti, unde Laudum Palatinatûs Cracovien: quô Contributio contra Spirituales decreta fuit, caſſatum eſt in Comitiis Regni *Anni 1635. fol. 35. tit. Laudum. & An. 1638. fol. 40. & 41* idq; vigore Proteſtationis Spiritualium Palatinatûs Cracovien: in Actis Interregni in *Volum. Leg: Anno 1632. tit. Ad Officium & Acta præſentia.* contentæ.

17mò.

17mò. Quòd Spiritualis Perſona in aliquo crimine deprehenſa, non Judicio Sæculari, ſed Judicio Spirituali tradenda eſt. *Confederatio Generalis Anni 1632. fol. 4. §. Acz Konſtytucye.* Et *Anni 1648. fol. 3. §. Iż w Miáſtách.* Et *An. 1668 fol. 4.* Et *Anno 1674. fol. 4. §. Acz Konſtytucye.*

18vò. Quòd commutatio Bonorum Spiritualium pro Sæcularibus, ac etiam Decimarum, nequeunt eſſe ſinè aſſenſu Ordinarii Loci. *Conſt. Anni 1638. fol. 45. tit. Kommutácya Tynná.* Et *1647. fol. 15. tit. Commutatio Dzieſięciny.*

19nò. Quòd ad auſcultandum juramentum Monialium & Sacerdotum (quod eſt Actus Juriſdictionis) non Sæculares ſed Spirituales Perſonæ ab Epiſcopo jubentur deſignari. *Conſt. Lith. Anni* 1667. *fol. 54.* Et 1690. *tit. Podymne.* ac ut ipſi Epiſcopi à Spiritualibus juramenta excipiant. *Conſt. Anni* 1712. *fol.* 1. *tit. Nova abjurata.*

20mò. Quòd Judicia Sæcularia ad Bona Spiritualium, Eccleſiaſtica Immunitate gaudentia nequeunt decernere executionem. *d. Conſt. Anni* 1667. *fol.* 54. Et *Conſt. Lith. 1690. fol.* 1. *tit. Podymne.*

21mò. Quòd Reſpublica in Ordinatione Zamoſcenſi deſignavit, ut Commiſſarii à Republica deſtinati præſtent juramentum coram Perſonis Spiritualibus. *In Vol. Leg. An.* 1674. *fol.* 11. *tit. Konfederácya. & fol.* 18. *tit. Porządek Elekcyi.*

22dò. Quòd relaxatio Perſonarum & Bonorum

rum Spiritualium circa collectam subsidii charitativi reservata est Episcopis Locorum Ordinariis. *Const Anni* 1677. *fol:* 8. *tit: Wydánie podatku.* Et 1629. *fol:* 19. *tit. O Kupcách.*

23tiò. Quòd à Censibus Reemptionalibus pro Ecclesiis, earumq; Rectoribus ac Ministris & Locis piis investitis, obligationes impositas habentibus, & Immunitati Ecclesiasticæ incorporatis, non est decernenda expeditio bellica. *Const. Anni* 1655. *fol: tit: Wypráwá.* Et 1676. *fol:* 14. *tit: Aukcya sił.*

24tò. Quòd Civibus contra Spirituales, propinationes intra, vel extra mænia Civitatum attentantes, Forum coram Locorum Ordinariis reservatum est. *Const: Anni* 1683. *fol:* 18. *tit: Miásto.*

25tò. Quòd à Jurisdictione Tribunalium Spirituales Deputati exempti sunt, ut pro aliquibus ex practicationibus nequeant judicari & puniri, sed ad suos Ordinarios sunt remittendi. *Const: Anni* 1726. *fol:* 27. §. 21. *tit. Trybunał.*

26tò. Quòd vagos homines in Domibus Spiritualium morantes (propter loci Immunitatem) prohibitum est Capitanealibus Officiis & Magistratibus Civilibus, ibidem comprehendere & captivare, sed jure pro eorum extraditione experiri: *Const: Anni* 1611. *fol:* 27. *tit: O ludziách lóznych.*

27mò. Quòd executio Condemnationis super Persona Spirituali in causa graniciali Civili obtentæ, fieri demandata, est per Episcopum, in

pum, in bonis ejus propriis mobilibus non Terrestribus. *Const. Anni* 1635. *fol:* 9. *tit: Forum ludzi.*

28vò. Quòd sedandæ controversiæ inter Spirituales & Civitatem Cracovien: ratione Contributionum ex fundis naturâ Civilibus in Cænobia & residentias Spiritualium conversis, non aliquibus Viris Sæcularibus, sed Episcopo Cracoviensi sunt commissæ. *Const: An:* 1658. *fol:* 35. *tit: Miásto.*

29nò. Quòd Immunitatem Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ & Bonorum Spiritualium, multîs Confirmationibûs roboratam confirmavit. *Const An:* 1710. *fol:* 66 *tit: Immunitas.*

30mò Quòd Commissariis ea pacificandum Districtum Piltinensem cum Ducatu Curlandiæ demandatum est, ut introspiciant omnia Jura, cum ea clausula - *ut nihil præjudicent Juribus Ecclesiæ Catholicæ Romanæ* - Const: *Anni* 1667 *fol* 72. *tit. Reassumpcya Kommissyi.*

31mò Quòd circa dimissionem in Feudum Districtuum Bithomiensis & Lemburgensis salvata sunt Jura Bonorum & Personarum Ecclesiæ Catholicæ Romanæ cum plena, prout ante, Jurisdictione Episcopali, & Jure-patronatûs &c: *Const. Anni* 1659. *fol.* 25. *tit: Securitas Jurium.*

Hucusque promiscuè de Immunitate Ecclesiastica Jura & Constitutiones Regni Nostri tractant, in specie verò, quid diffiniant, videndum est.

De Immu-

ITa statuit VLADISLAUS JAGELLO Rex in *Jedlna* Anno 1433. - *Universas Ædes Sacras seu Ecclesias, in omnibus earum Juribus, Immunitatibus, Libertatibus, ac metis & distinctionibus antiquis, quibûs, temporibûs Prædecessorum Nostrorum, Poloniæ Regum ac Ducum fruebantur, volumus omnimodè conservare - Herburt: v. Templum fol:* 498 *& v. Privilegium. fol.* 342.

Contra Violatores verò Immunitatis Asyli & Ecclesiasticæ, ita apud eundem *Herburt: v. Spirituales. fol:* 451. *& sequ:* ordinatum legitur- *Præterea ubi Clericus ordinatus, vel Presbyter esset occisus, captus, vulneratus, vel detentus, illius loci Ecclesia vel Ecclesiæ, si fuerint plures, à Jure sint interdictæ, & ideo in iisdem Divinum Officium non debet celebrari, quousq; malefactor Domino Episcopo tradatur. Qui si comprehendi non poterit, tunc Habitatores ejusdem loci præstabunt juramentum: quòd Malefactorem deprehendere non potuerunt, nec occasionem effugiendi dederunt, extunc Ordinarius tollet Interdictum à Jure statutum. Et nihilominus malefactor sit proscriptus, & per quemcunq; rapi poterit, Domino Ordinario tradatur, & omnino excommunicetur.*

Quòd ipsum cautum est Constitutionibûs Regni, ut quicunq: aliquem in Ecclesia occideret, vulneraret &c: puniatur pænâ infamiæ. *Const: Anni* 1616. *fol:* 12. *tit: Bespieczeństwo Klasztorow.* ibi - *Ktoby kogo w Kościele zabił, ránił, słowy nię uczciwemi zdespektował,* &

quovis

quovis modo *wiolował, tákowy* ex recenti officioso scrutinio pænâ infamiæ *karány bydź ma, o co*. Forum *ná Seymie* - Et fuit declaratum id ipsum *Const: Anni* 1618. *fol: 5. tit. Deklárácya Konstytucyi.*

Insuper occidens, vulnerans, percutiens alium in Ecclesia aut Cœmeterio, pro invasore domûs censetur. *Const: An:* 1576. *fol:* 307. *tit: Excepta, á zwyczáie Woiewodztwá Mázowieckiego.* ibi - *A ieźliby ktory Szláchcic sam przez się, álbo z pomocnikámi swemi, w Kościele álbo ná Cmentarzu, Szláchcicá ktorego gwałtem náßedłßy zábił, ubił, álbo ránił, takowi máią bydź sądzeni y karáni, iáko ci, ktorzy náchodzą ná domy włásne Szláchecjie, álbo náieżdzáią.* - Quem ob finem cavit Respublica, ne quisquam auderet & præsumeret ingredi Ecclesias cum sclopis seu bombardis, *vulgò* z Ruśnicámi. *Const. Anni* 1611. *fol: 3. tit: Deklárácya bespieczeństwá.*

Et quemadmodum confugientes ad Ecclesias gaudent Jure Asyli, pari Jure Asyli per speciale Privilegium Universitati Studii Generalis Cracovien concessum gaudere ac frui Collegia Doctorum & Studentium voluit, concessit, ac permisit VLADISLAUS JAGELŁO Rex, prout videre est apud *Herburt. v. Schola Cracoviensis. fol:* 444. ibi - *Et ut Doctores, Magistri, Licentiati, Baccalaurei, Studentesq; Universitatis Cracovien: eorum Lecturas, exercitia &c magis commodè poterint exercerè, pro habitatione Magistrorum, & pro quotidiano & com-*

muni

muni congressu Studentium & Scholarium Universitatis Studii Cracovien: domum Nostram &c: decrevimus assignandam: ipsam ab omnibus solutionibus, tributis, exactionibus, Judiciis, Juribus & consuetudinibus, impositione onerum, & angariarum liberantes, quam Universitati prædictæ incorporamus &c: quam eisdem Juris libertatibûs, & gratiis, & signanter in libertate fugitivorum, & aliis, quibûs Deo dicatæ fruuntur Ecclesiæ, uti, frui, volumus & gaudere. -

Neque discrepat Jus Regni Nostri à Jure Communi: quia sicut hoc, ita illud non permittit defendi ab Ecclesiis seu Templis, consequenter neq; gaudere Jure Asyli nocturnos segetum & fundorum seu agrorum damnidatores, liberarumq; viarum obsessores, seu prædones. Item fures publicè proclamatos, vel ter in Registris conscriptos, incendiarios, & libertatatis Ecclesiasticæ violatores. SIGISMUDUS Rex ap: *Herbut: v. Templum. fol:* 498.

De Immunitate Personali.

ITa statuit CASIMIRUS Rex *Visliciæ* Annô 1368. - *Si coram Domino Archiepiscopo gladium vel cultellum extraxerit, sive vulneravit, sive non, pænâ* Siedmnadziesta *puniatur. Si quis verò turpia coram eo protulerit, pænam eidem Domino Archiepiscopo* Pietnadziesta *persolvat.* - Herburt. v. Spirituales. fol: 451.

OMnes Ecclesias, Monasteria, Loca pia, Personas Ecclesiasticas, ac illarum bona & res gaudere ejusmodi Immunitate compertissimum est. Præterquam enim ALBERTUS Rex *Petricoviæ* Annô 1496. statuit, nemini licere telonia & foralia ex Spiritualibus, eorumq; subditis exigere, illisq; liberum esse, undecunq; maluerint, cerevisias & liquores alios ad propinandum accipere. *Herburt: v. Telonium fol: 487.* Et SIGISMUNDUS Rex in Coronatione sui Anno 1507. sanxit pænam dupli, quantum aliquis Teloniator à Spiritualibus Personis pro telonio extorserit, per Judicem Spiritualem de Teloniatore Spirituali, per Censuras Ecclesiasticas, jam verò de Teloniatore per Judicem Sæcularem absq: Processu Juris exigendam.

Idem SIGISMUNDUS Rex Spirituales Personas ac eorum subditos à solutione Novi telonii exemit *apud Herburt: v. Telonium. fol.* 494. ibi - *Quando quidem homines Spiritualîs Statûs, eorumq; subditi, ex munificentia & Privilegiis Majorum Nostrorum ea gaudeant libertate, ut nulla telonia, nulla etiam vectigalia aquatica. foralia, mensuralia aliàs* Pomierne, *similiterq; & illorum homines, ab his omnibus rebus, quæcunq; domi illorum nascuntur, solvere sint adstricti. Proinde Nos volentes gratiam erga subditos Nostros declarare, facimus eis hanc libertatem, quia telonium novum, in limitibus Regni exigi solitum, Nobis ab hoc tempore Status Spiritualis à bobus, qui in domibus eorum*

educarentur, vel etiam ab emptis, quicunq; frumentîs illorum saginati fuerint, solvere non tenebitur. Quod ipsum confirmatum est per Constitutionem Regni *Annô 1569. fol: 175. § Cłá, Mytá wßystkie* ibi - *Cłá, Mytá wßystkie w Polscze y w Litwie, ziemskie y wodne, iákimkolwiek imieniem názwáne J.* K. *M. znosić raczy, iżby iuż* ex nunc *żadnego cłá nie bráno ná potym wiecznych czásow od Duchownych, y od ich poddánych, od rzeczy ktorychkolwiek włásney roboty, y wychowánia.* -

Hac Immunitate & exemptione ab omnibus Gabellis, Pedagiis pedalibus, decimis, & oneribus quocunq; nomine recensitis, gaudent Doctores & Studentes in Universitate Studii Generalis Cracoviensis. *Ita Herburt: v. Scholæ Cracoviensis. fol: 441.* Et *Const: Anni 1658. fol. 26.* ibi - *lubo dosyć gruntownemi przez świątobliwych Przodkow náßych iest dárowána prerogátywámi, onę iednák od wßelkich kontrybucyi Mieyskich zá zgodnym Stanow Koronnych cále uwalniamy.* Et 1676. *fol: 41 & 1710. fol: 74. tit: Akádemia.*

Et non tantùm Res Ecclesiasticæ & Personarum Ecclesiasticarum ac eorum subditi à Teloniis & Vectigalibus immunes sunt, verùm etiam ab omnibus collectis, exactionibus, contributionibus, stationibus militaribus, ac aliis oneribus eximuntur, & immunes efficiuntur. Ita declaravit Respublica in Constitutionibus Regni, Bona Ecclesiastica circa Jura & Privilegia ab exactionibus & stationibus militaribus, aliisq; aggravationibus, *Const: Anni 1653. fol: 9. tit: Securitas.* Et 1670. *fol: 14.*

fol: 14. *tit: Hyberna.* Et 1717. *fol:* 57. *tit: Dyſpozycya Hyberny.* nec non circa Immunitates conſervando. *Conſt: Lithv: Anno* 1699. *fol: 69. tit: Immunitas.*

Circa quam Immunitatem & exemptionem ab omnibus oneribus Civilibus & Militaribus omnia Monaſteria Religioſorum & Monialium, tam in genere, *Conſt: Anni* 1655. *fol: 32. tit: O tych plácách, ná ktorych Kościoły.* ibi - *Iż nád wſeláką ſłuſność* Magiſtratus *w Miáſtách y w Miaſteczkách Poborow, Soſsow, y innych ſkładek, z grontow Koscielnych od Duchowieńſtwá upominác ſię poczęli. Tedy zá zgodą Stanow Koronnych poſtánawiamy, áby* in poſterum *pláce, ná ktorych Kościoły ſame,* Collegia *y Klaſztory, álbo Rezydencye Kápłáńſkie y Szpitale záſiádły, od płacenia tákowych podatkow wolne były.* - Et *Conſt: Anni* 1667. *fol:* 45. *tit: Fundácya.* quàm etiam in ſpecie, *Conſt Anni* 1611 *fol: 10. tit: Libertácya Klaſztoru Płockiego.* Et 1635. *fol:* 29. *tit: Kármelici y Jezuici.* Et 1647. *fol: 50. tit: Pozwolenie Oycom Jezuitom.* Et 1659. *fol:* 44. *tit: OO. Jezuici.* Et 1667. *fol:* 44. *tit: Uwolnienie Pánien Zakonnych.* & *fol: 45. tit: Pánny Zakonne Wieluńſkie.* Et 1699. *fol: 69. tit Immunitas.* Tum Hoſpitalia, illorumq; bona, fundos, *d. Conſt Anni* 1655. & 1654. *fol:* 13. *tit: Deklárácya płácenia podatkow.* ibi - *Grunt iednák Przewielebnego Mácieiá Łubieńſkiego, do Szpitalá Piątkowſkiego fundowány od wſzelákich podatkow uwalniamy.* Et 1635. *fol:* 43. *tit. Libertácya Szpitalá,* & 1667. *fol:* 29. *tit: Szpital* Tum

quoq;

quoq; Domos Residentiales Personarum Ecclesiasticarum, *Const: Anni* 1676 *fol:* 41 *tit: Kámienicá* ibi - *Kámienicę ná Cmentarzu Wßystkich Swiętych w Krákowie Práwámi Koronnemi od wßystkich podatkow uwolnioną,* lege præsenti *od Stánowniczych Koronnych dyspozycyi uwalniamy, iáko rezydencyonálną Kánoniká támtecznego.* - manutenuit, & conservare in perpetuum voluit.

Plura de hac Immunitate Ecclesiastica vide in Inventario Constitutionum Regni per Illustrissimum & Reverendissimum Dominum, Josephum Andream in Załuskie Załuski, Episcopum Nominatum Kijoviensem, pro tunc Referendarium Regni conscripto, *sub tit: Cło. tit: Dobra Duchowne. tit: Jezuici tit Klaßtory. tit: Kośćioły. tit: Libertácye. tit: Szpitale.*

Hinc DEO, Optimo, Maximo, Qui, postquam facti fuissemus tributis (a) servientes, libertate nos (b) liberavit, Laus, Honor, Gloria & Benedictio.

(*a*) *Genes:* 49. *vers:* 15.
(*b*) *ad Galat:* 4. *vers:* 31.